

H. urb. Germ.

182

H. urb. Germ.

182






H. Gemm. urb. 197.

Sax. 1/2 35



Vgl. über die Schrift H. Holstein in den Geistes-Blättern für Stadt  
und Land Magdeburg 17. Jahrg. Magdeb. 1882. 8°. S. 402 ff.





.germ 370.



PROMULSIS  
MAGDEBUR-  
GENSIS  
HISTORIAE

PRAEMETII GRATIA  
PRODITAE.



ANNO

CIO IOC XXII.

JOACH. BOEL EXCUDIT.



VIRIS:

*Primariâ Senatoria Dignitatâ eminentiâ Amplissimo;*

DN. DAVIDI LEMKEN;  
Patriæ Africano Prudentissimo;

*Politissimâ Eruditionis Clarentiâ Spectatissimo;*

DN. JOHANNI BUSCOVIO;  
Patriæ Curtio fortissimo;

*THEMIDOS & MINERVÆ Tutanis  
Statiliniq; præcellentibus;*

Dominis & Fautoribus meis Optimè volentibus.



Sicut aromata fragrantia circumfusum aerem odore suo complent: Sic autoritate Virorum præstantium tota civitas illustratur, Gregorius Nyssenus ait: Quod ego Vobis ut vendicem, non tam mea de vestro splendore & eminentia existimatio, quam merita vestra solennia cogunt. Siquidem, ingenij genijq; dotibus, prudentiæ simul & circumspectæ navitatis cultibus, Eusebies patiter & Themidos in consistorio sedetis, publicæ quoq; Famæ tabulis solenniter adscripti stipendium Æternitatis facitis in omnium oculis. Tu quidem Amplissime Dn. David Lemmichi, jamdudum in Reipublicæ nostræ Solones accensus; Tu Spectatissime Dn. Johannes Buschovi propediem in eosdem Patriæ Tutanos felicissimè congregandus. Quod postquam utriusq; Virtus & prudens Autoritas meruit, non potestis non in omnium oculis & animis esse conspicui præsertim illorum, qui supra vulgum spectatæ gravitatis eulogio celebrantur. Hoc me virili ut confirmarem asseverans testimonio, præsentem Trigam Orationum eruditæ nominum vestrû auspicio prodigere volui. Non quidem meam partu; sed obstetricatu: Siquidem illarum parentes partim defuncti mihi reliquerunt & pupillas, partim jus vitæ necisq; dederunt: qui sunt Rever. & Clariss. Dn. M. SIMON SALIGE, Theologus non postremus, vestrûm amantissimus: Affinis meus mihi svavissimus: & (quos in suo sermone Noster hic accensuit) incomparabilis ille Scholæ quondam nostræ Rector ABDIAS PRÆTORIUS, Civis meus: & Vester GABRIEL ROLLENHAGEN: Patriæ huius animo-Quirites, Sumtum etiam hunc cur facerem altera causa fuit, Vester adversum me propentissimus affectus, quem excellenter hætenus mihi probastis: hunc nisi gratâ memoracione cognoscam, magnam injuriam Vestro merito, meæ Modestiae fecero. Quod ne fiat à me, censis sic faciendum: Vos putabitis eo quo factum id est animo, benevolentissimè suscipiendum; Quorum ut Patriæ sic Famæ me porro deditissimum esse, piâ voce, manu conciaâ, hic stipulor. Salvè agite, Domini mei, & studium in Historiâ Patriæ meum assensu comprobantes augere porro dignamini. Ex Muséo XXV. Maij Anno clb lcc XXII.

A. & S.

V. O.

M. JOHAN. BLOCIUS, P. L.





# ORATIO.

**N**ON DUBIUM EST, REVERENDI, Clarissimi, Spectatissimiq; viri, Scholarchæ dignissimi, fautores ac promotores ætatem mihi colendi, tu deniq; florentissima juvenum corona. Non dubium est, inquam, plerosq; mirari, aut tacitò quòdam inter se sciscitari murmure ac susurrò, quid causæ sit, cur ego, qui eâ, quæ necessaria, destitutus eruditione, exsuccus ferè, & aridus sum, onus Æthnâ gravius ausus fuerim subire, cathedram hanc implere, ac meum qualemcumq; in dicendi studiò profectum, hisce in circulis, & dicendi spatijs, in hóc sanctissimò sacellò, in hóc amplissimò cœtu, in hâc lectissimorum juvenum coronâ levi oratione testatum facere, cum non ignorem, unius Senatoris Phocionis præsentia, ita conturbatum esse illum ipsum

EXOR-  
DIUM.

-----*quem mirabantur Athenæ  
Torrentem, & pleni moderantem frena theatri*

Demosthenem puto, ut nihil aliud dicere potuerit, nisi Phocionem verborum suorum esse novaculam. Quid mihi, quæ so auditores! animi esse in tantâ præstantissimorum virorum coronâ potest, qui, si meò me pede metior, quam curtam invenio suppellectilem, quàm exiguam ingenij vim, quàm doctrinam tenuem, & dicendi facultatem prorsus nullam. Quæ omnia cum mecû ipse ruminò, admodum vereor, ne vel in arrogantia, vel juvenilis audacia, vel temeritatis etiam reprehensionem incurram, quod ambitionis ventò impulsus, nullâ tenuitatis meæ habitâ ratione, tanquam Vulcanijs armis fretus, dicendi partes suscipere non subterfugerim. Quò nunc animi mei procinctum dirigam? quò cogitationum mearum mucronem convertam? quò consiliorum copias educam? Fulcimentum ardui huius mei propositi, incitamentûq; consuetudo est huius laudatissimæ ac illustris Scholæ, quæ pro lege habenda est, & propterea illius arbitratu per multa nobis & facienda sunt & omittenda. In hâc ordinatione tanquam in Atlantis humeris & omnium fortissimis columnis & me niti ac recumbere oportet, ne tanquam malum nomen compeller. Diu autem multumq; mecum deliberans, de idoneò aliquò argumentò, ex ingenti materiæ multitudinem; eam deniq; delegi partem,

Juvenal.  
Satyr. 10.  
vers. 127.  
Demosth.  
in olynt. 1.

A

quæ





O R A T I O.

Propo-  
fitio.

quæ civitatis & Reip. patriæ meæ Magdeburgi continet descriptionem. De Magdeburgo affero orationem; quæ urbs nascentem me gremiò, & sinu excepit, de eâ mihi nunc sunt faciendâ verba, quantacumq; ingenij mei feret tenuitas, temporisq; patietur angustia. Quod argumenti genus licet in arenâ, ut dici solet, atq; sub manibus enatum videatur, tale tamen esse existimo, quò nullum commodius hâc vice, aut mihi convenientius eligere potuissem. Ipsa enim patria quid voluptatis, quid charitatis habeat, vix dici potest. An potest cognatio propior esse quam patriæ, in quâ parentes etiam continentur? Nemo est, inquit Tullius, aureum illud eloquentiæ lumen, tam ingratus, tam impius, tamq; nullius humanitatis, qui si patriæ merita resumere velit, non eam magis quàm se ipsum diligat. Et ut magnum illud Germaniæ lumen Roterodamus inquit: Omnes ducimur admirabili quòdam amore eius regionis, quæ nos aluit atq; edidit. Et Poetarum ingeniosissimus piè & præclare modulatur:

*Nescio quâ natale solum dulcedine cunctos  
Ducit & immemores non sinit esse sui.*

Non tam eleganter etiam quam verè dixit Homerus ille Philosophorum Plato: Patria nobis plus amanda est quàm mater. Et Romanus Moyses in eundem sensum: Non nobis solum nati sumus, ortusq; nostri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici. Sapiens ille ac πολύτροπος Ulysses, qui, ut ipse ait,

*πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω*

apud Homærum Odys: i. in principio suæ narrationis ad Alcinoium patriam suam primò nominat, deinde parentes: Patriæ enim solum cum omnibus charum est, tum verò dulce atque jucundum. Unde omnes Philosophiæ sacerdotēs patriam parentibus prætulērunt. Et Aurelius Augustinus, magnum illud Ecclesiæ Christi lumen, suavissimam illam vocem usurpat: Major est patria ipsis parentibus tuis. Hinc maximus eloquentiæ pater Isocrates, cum præclare ac utiliter, tum imprimis voce planè divinâ pronuntiavit: ἀλειψῶν ἀγαθῶν αἰτίαις καὶ μεγίστων ἐπαίων ἀξίαις ἠγχιμαί γεγεννηθῆς, τὰς τοῖς σώμασιν ὑπερτῆς πατρίδος προσκινδυνεύσαντας. Quamvis autem non perfectam atq; integram tractationem de hâc urbe, Republicâ, Scholâ & Ecclesiâ instituere possim: Siquidem hoc spectat ad viros non solum doctrinâ fontibus planè irrigatos; sed & ingenij monumentis claros: tamen ea tantum tanquam per compendium afferam, quæ ex Magdeburgensium Annalibus, Chronicis, & Scriptoribus breviter summamq; collegi. Ad vos igitur, auditores suavissimi! me jam converto, atq; rogo, ut huic meæ orationi benevolentia vestra auram suffletis, favorisq; vela indulgeatis, quò feliciter institutò meò perfungi, cursumq; meum ad optatam metam producere possim.

In hoc verò tam vastò materici pelagò, si lucem methodi, veluti cyno-

cyno-

Cic. ad  
Quirit:  
post redit:  
lin. 50.

Cic 5. Phi  
lip. & lib.  
1. de O-  
ratore.  
in orat. ad  
Vatin.  
Erasm. in  
colloqui.  
fol. 100.

Ovid. 1.  
Pont. 4.  
vers. 35.

de legib.  
lib. 1. of-  
fic.

Homer:  
Odys: 1.

Cic: in  
Catil:

Isocrat:  
panegy-  
ric: fol 45  
lin: 7. 8. 9.

Nomi-  
na.



O R A T I O.

cynosuram, sequi libet, nominum ratio principio sese offert: Apud Ptolomæum Alexandrinum, præclarum illum Mathematicorum Coriphæum, ut & apud Bilibaldum Pyrckamerum, laboriosum illum & diuturnum antiquitatum indagatorem, *Mesovij* extat appellatio, quam Apianus, alijq; viri eruditione perpoliti ad hanc civitatem retulerunt. Quô autem fulcimentô ita fuerit appellitata, illud sanè ab autoribus dubitatur, Delioq; opus habet natatore, propter vetustiorum monumentorum in magnâ obscuritate latentium diversitatem. Quæ igitur fax? quod lumen dubitationum hæc tenebras discutiet? Pomarius piæ & sanctæ recordationis του δη κωυγε μεγασον υπουρανιον κλεος' δειν eam animô imbibit sententiam, ut Ptolomæi μεσουιον à Vandaliô nomine *Mesibo* seu *Mesibozum* (cujus nominis meminit Cromerus in suâ Poloniâ) diceret: In Vandalico enim idiomate *Mied* sive *Mes* virginem, *Bo* verò sive *Bock* Deam significet. Saxonicum autem nomen *Medwuck* sive *Megdewich* / quod idem sonat ac castrum, in eâ regione seu locô positum, ubi Venus cum Gratijs sua habet sacra & cultus, à græcô Ptolomæi μεσουιον nuncupatum esse probat Crantzius, dum idioma Saxonicum tantum affinitatis habere affirmat cum Græcâ linguâ, quantum ulla dialectus universæ linguæ Germanicæ: Quod enim Germanica lingua corrupta sit & quasi conflata ex peregrinis videlicet Ebraicâ Græcâ & alijs facile est demonstrari. Quid enim *Magadaborc*? Nonne Ebræogræcum vocabulum teste Crantzio. Quid *Parthenopes*? quid *Parthenopolis*? quid *Parthenopyrgæ* appellatio? Nonne Græcorum imitatione ad hanc civitatem translata? Antequam autem vento vela latius pandam, tanquam in sinum aliquem huius oratiunculæ cursum in reliquas appellationes immittam. Optimus ille per Europam Scholarum informator & Magister Johannes Sturmius civitatem hanc *Pædopolin*, *Andropolin* & *Maneburgam* modestissimè dixit. Taceo nunc *Magdeburgi* & *Meideburgi* voces, quæ in Saxonice reperiantur Annalibus: Prætereo voces *Meiborg* & *Meirich* / quæ in pullatô circulo usurpantur; Sed *Magdeburgi* nomen, quod in *Caroli Magni* constitutionibus est expressum, & in *Ottonis Primi* privilegijs quibusdam usurpatur, quô etiam nunc utimur, omittere non possum. Hoc nomen si excutio & ad rubram lineam examino, nihil aliud, nisi corruptela non necessaria, antestante Prætorio videtur. Sed quid est quod sic vocatur? quâ basi? quô firmamentô? Non mei est ingenij, meæ tenuitatis & dicendi infantix arduum hoc ac clivolum explanare: Non meum est gladium educere & controversiam hanc tanquam *Gordium* dissecare nodum. *Verum enim vero, ne vos involvere videar, aut collecto argutiarum nodo sensum vestrum precipitem trahere, agam vobiscum explicatius, proponam clarius:*

*in Germ. descript. lib. 2. In Geograph: sa-per tabul.*

*Pomer. C. pag. 3.*

*Cramer. Polon.*

*Crantz. in Metro-poli lib. 1. cap. 3. 11. 9.*



O R A T I O.

Anti-  
quitas.

Annales Saxonici, & Crantzius, non ignobilis Saxoniae scriptor, in Metropoli, ut vocat, Veneris ibi cultum fuisse quendam loquuntur. Quam Sententiam nec pauci, nec mali autores, tanquam Sybillae folium, & à caelo demissum oraculum amplectuntur, atque in eam, tanquam in Hieroglyphicam columnam acquiescunt. Plausibile esset illud, ex Prætorij mente, si non deessent autores, quod puellarum sit olim virtute defensa, quæ res nomen ei pepererit ob tam eximij memoriam facti. Sed bene habet. Arcton meam signavi, ad quam flectendi idem talem mihi oculi: nunc audacter vela do, & undosum mare ingredior Antiquitatis. Multum quidem in Antiquitatis veneratione & sanctimoniâ positum est, & ut ille omni laude cumulatus vir, qui ceu gemmula quædam nitida ac splendens elucet, Erasmus Roterodamus, præclarum illud universæ Germaniæ ac planè singulare decus, scribit: Multum continet gratiæ, Antiquitatis, si haberi potest, urbium collaudatio. Hi quoque probe & ingenuè faciunt, qui in describendis urbibus non tantum illarum primordia, quibusve auspitijs cœperint, quibusve creverint & unde nomen habuerint; Sed etiam originem evidenter conati sunt commonstrare. Hæc enim vera gloriæ & laudis ratio, hæc ingenua professio, ex qua illud proficiscitur commodi, ut erudiatur posteritas, non casu, nec temere; Sed singulari Dei providentiâ gentes exortas, urbes conditas, Respublicas constitutas, & mirabiliter conservatas esse, eiusque intuitu ad facta maiorum & virtutes imitandas & admirandas, ad salutis publicæ curam maiori cum devotione & sollicitudine suscipiendam invitetur & vehementius inflammetur. Multum dixi esse in Antiquitate positum. Ecquid enim est, quod memoria atque recordatione gratius esse possit, juxta illud, Platonis omnium Poetarum, Virgilij:

*Et hæc meminisse juvabunt.*

Ecquid ex fidelissimis antiquitatis & vetustatis sanctionibus sibi nonnulli sumunt existimationis? Non opus est tanquam in comitia & quasi in senatum argumentorum hæc copias convocare: Siquidem uno atque altero testimoniò maximè me efferre, & magnificè triumphare possum: Nonne apud Herodotum contendunt Ægyptij cum vicinis de antiquitate? Nonne apud Justinum de eadem disputant cum Scythis? At infinita futura esset oratio, si singularum rerum vestigia prosequerem, aut veterum Imperatorum ducumque exempla & testimonia adducere vellem. Quæ igitur Germanorum nunc est antiquitatis reverentia? Quæ sanctiones vetustatis? Pudenda est horum delicta: Pudenda est Germanicarum rerum obscuritas & incertitudo. Et nisi Græcorum & Latinorum nonnulli reliquissent indicia quædam, nihil omninò de veteribus illis optimis hominibus, maioribus nostris haberemus.

remus.



O R A T I O.

remus. Huius igitur urbis quæ tandem est ratio? quæ vetustas? Res certa si quæritur, nihil est quod adferri possit, & ut summus vir, ac totius Europæ ornamentum singulare Philippus Melanchthon inquit: Nescio quomodo factum sit, ut de urbium antiquissimarum origine, earumq; possessoribus, immo Heroicorum virorum factis, nihil penè aut parum certi habeamus. Et meritò cum Venusinò Poeta conqueri possumus:

*Vixere fortes ante Agamemnona  
Multi, sed omnes illacrimabiles  
Urgentur, ignoti, longa  
Nocte, carent quia vate sacro,  
Quod fatum deplorabunt posterì.*

Sed, si Ptolomæi nomenclatura, cuius mentionem fecimus, valuerit, tunc eò ipsò satis erit antiqua, ne dicam antiquissima. Quid ergo? quiesco & sileo? Res & ordo vetant: Et faciam potius, quod in Syrtium aliquò æquore deprehensus, & quoniam clausum directumq; iter tenere non possum, confuse viam aliquam signabo, velut astris. Multi sunt cinni & multa farrago de origine huius civitatis: Sed hæc mihi sententia, auditores humanissimi! velum assumere & ventò secundò hominum mentes transvolare videtur, quod originem à Saxonibus cœperit. Et quanquam Annales Saxonici quæ aliarum quarundam civitatum, quæ huius quoq; primordium Julio Cæsari quondam potentissimo ab Iulo Æneæ filio stirpis derivatione descendenti tribuant; tamen fallum hoc esse probatissimum facit Crantzius in suâ Saxonîâ: Si quidem Julius Cæsar, ut ipse ab intimò animò fatetur, nunquam in Germaniam, ne dicam Saxoniam pervenit, neq; illud in Strabone, Melâ, Florò, Cornelio Tacito, Plinio, Ptolomæo Alexandrino, qui, ut Bilibaldus Pyrckamerus seriosissimus ille indagator antiquitatum scribit, res gestas Romanorum summâ accuratione & fidelitate conscripserunt, invenitur. Et sanè in hóc aliquid sic ponderis atq; momenti, quod alij Druso tribuant, qui Augusti dux fuit sub ipsam Christi nativitatem; tamen Saxones (qui Græcò & Latinò idiomate Sacæ appellantur, pro quò nomine postea vocabulum Saxones, sive, Saffones, quasi dicas, homines robusti, quòd & in Ptolomæo invenitur, fuit usurpatum) Saxones hi, inquam, loca hæc & Balthica littora semper coluerunt & habitaverunt, vel pro libertate etiam strenuè pugnarunt, pugnarunt autem? immò triumpharunt, & albis, quod ajunt, equis inveci fuerunt. Donec Carolus Magnus regni monarchiam adeptus studio propagandæ religionis Saxoniam continuis bellorum procellis per triginta annos agitatum, non sine suò, suorumq; gravi periculò subdidisset, Deòq; adjuvante divino cultui mancipasset. Ab hóc Carolo Magno Parthe-

B

nopoꝝ

lib. 4.  
Carm. od.  
9. stroph. 7

Origo.

lib. 1. cap.  
25.  
lib. 4. & 6.  
comment.

Saxones

Johan. A-  
vent. de  
Origin.  
German.  
Crantz.  
& Bu-  
choltz.  
Pomar.  
C. 11.

Anno 781



O R A T I O.

nopolim extractam & amplificatam fuisse diplomata regia plenis, quod ajunt, radijs ostendunt, atq; historici tradunt. Quid? quod illa ipsa Rolandi statua omnibus id notorium facit? Nonne fortissimi hujus militis laeertis, uti Sabellicus, Egnatius & Cuspinianus testantur, Caroli Magni maximè constitit gloria & felicitas? ô Imperatorem re & nomine magnum! ô Imperatorem immortali nomine dignissimum, dignum qui æternum usq; sceptrum sui imperij gubernasset! Postquam autem, auditores doctissimi! Carolus hic vivere desivisset, tota hæc urbs à Vandalis & Ungaris, quos aliàs Hunnos nuncupamus, qui in Saxones sceleratissimi & immanissimi hostes extiterunt, ac Esavi semper fuerunt, ita fuit hausta & absorpta, ut ne ruina quidem relicta, & quasi morte desiverit habere ulum fructum. O cladem! ô ruinam! Sed quid fit? Illud facinus conspiciens imperator Henricus Auceps ad Mersburgum incredibili cæde fudit, & fugavit hostes illos ferocissimos, exercitu eius vociferante Kyrie Eleyson; Kyrie Eleyson. De functo jam Imperatore Henrico, Otto filius eius, divinâ providentiâ Princeps huic mundo necessarius, illius nominis primus, opere, & agnomine Magnus, regni diademate, felici auspiciò, fuit cinctus, sceptro armatus, folioque impositus. Hic imperator civitatem hanc diu ab incurfione Vandalorum desolatam, ad petitionem Reginae Edittæ, cuius dos fuit regale, peculium, victilitium & mansio, instauravit, Privilegijs atque libertatibus donavit, illamque Dominam juris Saxonici fecit, Magdeburgensem etiam instituit Episcopatum, & cum esset potens in Almaniâ, pijs operibus & alio diò apud Magdeburgenses Ecclesiam miræ pulchritudinis in honorem D. Mauritij Ethiopis egregij Thebæorum ducis fundavit. O Regina! omni prædicatione majorem! ô imperatorem rari & singularis exempli! ô pietatem omnibus seculis prædicandam! Evasi nunc, attentissimi auditores! ex vadis & scopulis ad loca deveni, per quæ mihi facilior cursus. *Et ne in verbis nimis pruriens vobis videar, rem quam paucissimis expediam, eâq; quâ possum, verborum parsimoniâ perstringam.* Sed unde quæso exordiar? unde initium faciam? Si lucem methodi atq; ordinis sequi libet, à situ nobis erit inceptandum. Sita autem est hæc urbs in Saxoniâ, amplissimâ & fortium virorum feracissimâ regione; Sita est in regione propè totâ æquâ & planâ, multis magnisq; fluminibus ad fertilitatem & ad mercaturas commodissimis irriguâ; Sita est in regione rebus ad vitam necessarijs usque ad abundantiam divite. Et si magna parvis conferre libet, ecquis est tam demens, & à sensu communi inops, qui civitatem hanc longè

nunc

Funcig in  
Chrono-  
log. circa  
annum  
Domini  
781.  
Sabel. lib.  
4. cap. 6.  
Egnat.  
lib. 3. cap.  
2. Caspi-  
nian in  
Carolo.  
Ann. 782.

Otto  
Magnus  
An. 940.

Helmold.  
in Chron.  
Slav. l. 1.  
cap. 1.  
Crantz in  
Vandal.  
l. 2. c. 30.  
& in Sa-  
xon. lib. 3.  
cap. 24.  
Chronic.  
de temp.  
creat.  
mund. in  
Otton.  
Chronc.  
Vero Sa-  
xon. circa  
an. 940.  
Sigiber-  
tus.  
Eber. in  
Calend.  
Funcius  
& Bü-  
choltz. in  
Chronol.



O R A T I O.

nunc aliam esse, quam olim fuerit eat negatum? Ante Sexcentos annos duas illas, quæ nunc sunt parochias, Johannis, & Hulderici, adeo non excessit, ut fuerit etiam aliquantò minor. Ac sunt earum etiam angustiarum hodiernò quoq; die atque adeo hæc ipsa etiam diei horâ, vestigia manifesta, quæ vel hisce meis oculis usurpavi. Editta nobilis filia Ethmundi Anglorum regis, Ottonis primi uxor, ut & Ipse imperator illam redegerunt in eam magnitudinem, quæ nunc est veteris Magdeburgi. Et si quid hoc ad rem facit, habet in latitudine & poli elevatione 52. gradus, & 20. minuta, in longitudine verò gradus 29. & minuta 38. secundum annotationes Appiani & calculationem M Georgij Rollenhagij Præceptoris mei, viri profectò in omnibus disciplinis exercitatissimi. Essent verò longè plura, Auditores! quæ hîc asserere possem: Sed, *ne abutar benignitatis vestrae, quam liberaliter mihi concessistis, aurâ,* nihil dicam de suburbij, mittam plateas, portas mittam, mittam muros, quibus grandibus cincta est, mittam deniq; firmissima munimenta, & vallorum propugnacula: quibus pericula depellere, barbaris irruentibus iter occludere, illorumq; exultantem audaciam comprimere, pestem & perniciem in ipsorum capita convertere potest. Omittam templa & domos, quæ non aliter atq; homo caput erectissimum, & eminentissimum suis turribus, tanquam diademate regiò coronatum, erigunt. Quid de limpidissimis fontibus, fluvio-  
 lis atq; torrentibus Schrodiâ, Ohrâ & Actô dicam? Quid de Albi nobilissimo illo Germaniæ fluvio, qui hos amnes ingrediens absorptos versus Septentrionem in mare devehit atque evomit? Tacebo hîc Albi originem & utilitatem, tacebo piscationes & navigationes, tacebo Scaturigines, quæ tot fistulis ac Syphunculis jam recenter artificiò mirabili factis, emissæ & murmure blandiore delectant, & aspectu pulchriore totum forum exornant. Præteribo hîc, auditores! Soli qualitatem: Quid enim tritici, quid filiginis, quid hordei & avenæ abundantiam dicam? Sic abundant agri, ut hortis Alcinoi & agris Ægypticis æquiparari facile possint. Hinc Helmstadium, hinc Halberstadtium, hinc V Volmerstadium, hinc Stasfordium, Calba, Saltza, Barbeia & Cervesta tanquam ex granario fructus depromunt: Sua hinc maximè habent lucra hortulani & agricolæ. Hinc Hispani anisum habent, quò pro aromatibus utuntur. Præteribo hîc vicina opidula alia, quibus circumqua; conseptum Magdeburgum quasi includitur, perinde ut horti sepibus muniuntur. Sed Burgum hîc præterire non possum. Burgum, inquam, civitatem vetustate ita nobilitatam, ut nec

Magnitudo & Longitudo,

Munimenta.

Edificia

Aquæ

Soli qualitas.

Vicina.

Burgum civitas.



O R A T I O.

conditoris sui memoria extet, Burgum, inquam, urbem præ cæteris mihi multò libentius, multòq; diligentius amandam & recolendam: Hæc enim urbs dulce erat mihi receptaculum, cum octo ab hinc annis, pestilentialis lues dulcissimum patriæ sinum infestaret, & miserabili & innumerâ internecione vicus & domunculas omnes impleret, luctumq; ex luctu sereret: Ubi unicum illud, cum ab ore parentum meorum dulcissimorum avulsus, ancipiti curâ sæpius distraherer, dum spes metusq; de salute parentis inter se confligerent, unicum illud, inquam, neq; alia ulla res percussum ac debilitatum animum erigebat ac confirmabat, quàm quod non solum patrii mei Dn. Henrici Salichij, viri Amplis. & humanissimi & modò Reip. istius Consulis dignissimi hospitio & convictû; verum etiam suavissimâ conversatione & consolatione frui concedebatur. Hæc urbs parentis mei patria mellitissima, aviq; Simonis Salichij, piæ memoriæ, viri doctissimi, legumq; scientissimi, ibidemq; Judicis, præaviq; consulis quondam, majorumq; meorum procreatrix. Non ego hîc recensebo Johannem illum Thomamq; seniore, Thomamq; juniore, Salichios, familiæ meæ propagatores, quos consules negocia Reipub. eius gubernantes, ea Respublica intra duo secula vix vidit. Laudis hoc stadium proprium sibi hæc ætatulâ vindicat, quod ex eâ tanquam ex Equo Troiano innumeri viri eruditionis nectare tincti, atq; imbuti rectò & felici pede prodierint. Hinc cathedra, hinc tribunal, hinc curia, hinc Schola, Rectores atque gubernatores suos, ceu ex penu quòdam depromit. Convincit hoc M. Petrus Salichius agnatus semper mihi colendus, quem velut sidus quoddam habeo, & à quò lucem mihi conciliare possum, convincit hoc M. Joachimus Fischerus, ambo cives, ambo Theologiæ Antistites, alter ad D. Virginem, alter ad D. Nicolaum Primarij, Deo chari, hominibus accepti à quòvis magnò studiò observantur, semperq; in oculis feruntur. Attestatur hoc Pfundius Græcæ linguæ amasium, Judex boni & circumspecti animi, ingenij præstantiâ & dexteritate sincerissimus. Sic Hoppius, sic Exius, Consules doctrinæ, prudentiæ & aliarum virtutum ornamentis spectatissimi, sic reliqui Senatores vigilantissimi, legum, reliquarumq; disciplinarum scientiâ in Academia spacijs acquisitâ politicissimi. Quid dicam Lucam Ecksteinium affinem meum sine labe, sine fucò, qui Rector Scholæ modò munus Ecclesiasticum subijt? Quid Michaellem Ebbentinum artium & Philosophiæ Magistrum, mystam virtutis & doctrinæ, Scholæq; patriæ Conrectorem, & olim Præceptorem meum honorandum? Quid D. Stephanum & M. Jacobum Olvenstadium, hunc Theologiæ sacerdotem, illum Justitiæ præsidem & Seabinum? Quid deniq; M. Johannem Simonium Rhetorices Professore in Academia Rostochiensi? ô magnam magnorum

rum



## O R A T I O.

rum virorum civitatem! Ô fructum æternum & immortalem gloriam, quam docti prædicare, natura admirari, omnes homines cum stupore audire coguntur! Sed quorsum? Idem mihi contingere video, quod ijs, qui animi gratiâ navigiolum conscendunt, & oram littoris legunt, cum delectationis sensu decepti, à margine in medium æstum ferantur, longissimèq; præter voluntatem, à portu ventis secundis rapiantur: Ita hâc animi mei navigatione afficio, ut longius quàm primum destinaveram Orationis cursu sim progressus. Verum ne quis Flaccus me derideat: Amphoram cœpisse institui & corrente rota urceum exisse, ad rem ipsam revertar, atque ubi Oratio meâ desijt iterum incipiam; nec producam hîc Bartholomæum Krugerum Doctorem, & Professore in incluta Vitebergensium Academiâ insignem, virum in Philosophorum officinâ politissimum & Medicinæ peritissimum, qui Rempublicam Burgensem titulo literatissimæ indigitavit; neque proferam D. Davidis Chytræi viri celeberrimi & de litteris benè meriti de hac Burgô diserta verba, laudem & elogia. Quod si fas mihi vela pandere, & navim emittere altius in hoc mare, possem hîc promere fortassis aliquid magis disertè: Verùm, *quia nihil ferè ob stare vobis amplius video, auditores! portæ patent, via omnis est patefacta*, paulatim ad ea aggrediar, quæ huic oratiunculæ fastigium, & culmen sunt impositura. Atq; ut hinc præcipuè ad finem prolabar, nihil de civitate Magdeburgensium, nihil de humanitate, nihil de elegantia & φιλοκαλία in vestitu dicam: Omittam populos, qui sedes in eâ urbe, totâq; viciniâ; jam inde ab initio habuerunt. Quos si enumerare vellem, multarum dierum, multorum voluminum, non unius dieculæ, horulæ, & unius orationis negotium esset: Teutones enim dicendi: Celtæ memorandi: Svevi non prætereundi: Bardi nominandi: deniq; Saxones appellandi essent. Sed pergam: Politiam hîc silentiô non involvam: Non enim res, nec ordo; nec loci amplitudo, nec deniq; Magdeburgensis nominis cultus & sanctimonia, neq; studiorum religio mihi permittitur. Politia quidem donum est Dei & humano generi magnas utilitates affert, & non parvum adminiculum ad statum religionis tuendum. Quæ autem Reipub. nostræ forma? Quis politiæ status? Quæ administratio? Politia administratio qualis & nunc sit & antea fuerit, si cui cognitu est jucundum, ipsas is ordine videat ætates & olim Aristocraticam fuisse deprehendet. Qui vero jam sit modus regiminis in lite esse poterat. Ego, qui juvenis rerum politicarum ignarus, mentis ac animi mei oculum à tantâ rei claritudine avertio, atq; in tantô splendore judicij mei, si quod est, acumen planè hobescere scio. Et quanquam multas & varias in Boddino, qui Germaniæ laudis perquam est parcus, legi non leves aut exigui ponderis, nec obscuras, nec absurdas, neq; longè petitas rationes

Kirchner.  
orat. 5.  
fol. 72.  
lin. 2.

In arte  
Poëtic.

Mores.

Populi.

Politia.

C

pro



O R A T I O.

pro & contra eventilatus, tamen inter duo quasi dubitationum saxa hæreo constrictus, & præclusus. Per multos enim esse intelligo, qui eam animò imbibere sententiam, ut statum Reipublicæ Magdeburgensis Democraticum esse existiment, qui status cum suis incommoditatibus, utpote id vivis ac spirantibus exemplis possem confirmare, nisi me temporis ratio brevem esse admoneret. Verum, *auditores ornatissimi!* nihil blandiens, nihil celans, puram vobis, meramq; propinabo veritatem, animiq; mei sensa edictabo. Atq; ut avi dextrâ hoc faciam, diu mihi ea propter os columnatum, ut ex Plauto loquar, fuisse sciendum, cui bini mei custodes accubabant. In quâ igitur sententiâ mea voluntas acquiescet? Communem ne mihi cum illis, qui Democratiam statuunt, faciam opinionem? Ego, ut Homericus Juppiter partem eius concedam, partem negabo: Hæc enim ceu Castoris ac Pollucis sydus elucere mihi videtur, quod status Reipub. patriæ sit laudata Oligarchia, aut mixtum quid cum Democratiâ. Quæ Reipublicæ forma ab Ottone Magnò, eiusq; filiò fuit instituta, consuetudine longâ comprobata, annorumq; multorum curriculò confirmata, ac diuturnæ observationis robore communita. Juris vero civilis quasi rigorem, & Musas, ut Poeta vetus eas vocat, severiores, sive, ut Fortunatianus loquitur, duriora juris scripta, Magdeburgenses à Romanis acceperunt. Ab his omnis relicta est civilis prudentia. Hinc Consules, hinc Proconsules, hinc Camerarij, hinc Tribuni, hinc Decemviri, hinc Centumviri, hinc deniq; reliquus spectatissimus ordo Senatorius, viri, ita me Deus & omnes cœlites, amplissimi, pietate, prudentiâ ac eruditione præstantissimi. Magdeburgum Romani imperij æmulum! Cujus certè regimen admirantur Itali, mirantur Galli, mirantur Angli, Cicerones & Julij ac Varrones si reviviscent, eam politiam admirarentur: Attici obstupescerent, & ora sua obverterent. Quid multa? Parthenopolis totius Saxonix est propugnaculum; vel Cæsarum etiam omnium per aliquot secula consensu atq; confirmationibus, adhuc civitas munitissima, & armamentum tutissimum. Parthenopolis imperij libera est civitas: Ecquid enim in publico foro colossus ille Rolandinus? Quid statuæ Cæsaris Ottonis & Electorum? Nonne indices sunt libertatis? Liberam illam esse convincunt sua Privilegia, testantur jura, loquuntur immunitates, vel matriculæ etiam & recessus ostendunt. Quid? quod illa ipsa Societas Hansiatica hoc ipsum convincit? Hinc mercatura, hinc emporium: Hinc jus statuendi, hinc jus armandi, jus sequelæ, jus stapulæ, jus formandæ & cudendæ aureæ, & argenteæ monetæ, jus pœnarum, mulctarumq; jus fisci, jus archivi, jus exigendi collectas & alia. Atqui insurgat mihi φιλοσόφος. non nemo in hæc verba: Vis ne tu illam

Welch-  
bild: art.  
42. mihi  
fol. 71. col.  
4. in text.  
tu. in  
glossa ar-  
tic. 42.  
f. 72.  
Kirchner.  
orat. 6.  
f. 93. lin. 15

Privile-  
gia.

Societas  
Hansiati-  
ca.

πολι-  
ψισ.



O R A T I O.

lam dicere civitatem liberam, quæ ab immunitatibus suis recessit, & sese Archiepiscopis submisit, illisq; juramenta & homagia præstitit? Deum immortalem! quid audio? Ubi modestia? Ubi pudicitia? Ubi reverentia? Quid agis Zoile inquam? quid instituis?

*Tue mihi loqueta, quod dici solet*

*Gerræ Germanæ sunt argæ, edepol! lyra, lyra.*

Verum, auditores humanissimi! talemne Reipub. alastorem, qui vel Cecropibus etiam est sceleratior, hæc meâ constringam oratione, hunc ne argumentis convincam? Videte quàm triumphet, qui triumphetur? Mox desinat iste gloriæ obtrectator, comprimatur vocem stultitiæ atque invidentiæ indicem, mox removeatur à tribunalibus, depellatur à curijs & judicijs, mox taceant convicia, scommatumq; fileant plaustra. Infaniam hanc, & hoc delirium cum omnibus rationibus, pro quibus suum nauci non daret Africanus, ut inquit Aufonius, ipse Senatus per publica scripta & programmata, quæ Anno 1528. 22. Junij ab Operis publico Anagnostæ fuerunt exhibita, defringit ac detruncat: Quid? quod eundem tempore obsidionis & belli ejusdem Senatus scripta, gravissimè refellant ac refutent, utpote id Sleidanus, Spangenbergius, & alij historici luculenter satis attestantur. Dis quæso, alastor! non erubescis? vel si erubescere non nosti, nonne pallefcis? Nonne ingemiscis, quoties te alastorem audis nomine probrosissimò vocitari?

*Τοι μὲν ἐγὼ τοὶ ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύω.*

Apage Tenebrio! egredere ex patriæ mœnibus, focos & aras relinque, si eò animò es, ut patriæ laudes velis imminuere aut obscurare. Egredere, inquam, patent portæ, proficiscere, purga urbem, mecum jam verari non potes diutius, non feram, non patiar. Fremas, frendas, uras, leces, patriæ tamen jura (caput hoc juro) nunquam extinguēs, nunquam auferes, laudes non interimes, autoritatem non jugulabis, gloriam non obrues, Reipub. nihil adimes. Manebunt jura, manebunt immunitates, privilegia manebunt, manebunt autoritas, laus, gloria. Et quanquam civitas respectivâ quâdam obligatione Archiepiscopum in uno pluribusve calibus recognoscit, is tamen non est superior civitate. Marchio Brandenburgensis jura quædam habet in Noribergâ, tamen non est superior civitate: Sic Colonia civitas est imperialis, tamen Archiepiscopi jura quædam ibi obtinent. Sic Goslaria, sic Erphurdia. Quod autem Antagonista meus homagium istud livoris ac invidiæ aculeo patriæ inflictum, ac impositum mihi obijcit, nihil est, nec titivillitij facio; non enim imminuit Reipublicæ majestatem, multò minus obscurat: Vi pacti enim homagium istud exigitur, certisq; conditionibus præstatur, nec est juramentum subjectionis.

ὁ ποβολή

Plaut. E-

pid. act. 1.

sc. 1. vers.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.



O R A T I O.

Sed quò longius in altum evehor, auditores optimi! eò amplior & patientior mihi Orationis ostenditur cursus: Jam Senatum convocabo in corde consiliarium. Cui potissimum judicetur bellum quì ex perago hòce vadam. Pervenio nunc ad Tribunal Scabinorum, ad pietatis illam & virtutis officinam, ad juris, æquiq; domicilium: *Quod si cui cognitu dulce atq; jucundum; nec insuave vel inamœnum est, summâ hic brevitate de Scabinis in medium aliquid proferam.* Scabini à scamno sive sedendo more Romanorum, ut Glossarium juris municipalis existimat, nuncupantur: Uti enim nobilissimorum Romanorum præfides & alij magistratus sibi justitiæ sacerdotes & antistites asciverunt, quorum consilijs & operis in cognoscendis causis, & controversijs, nisi qui sua negotia cognoverunt, postulationes litigantium audivere, & decreta & interlocutiones inter litigantes fecerunt: Sic Scabini eorundem obtinent vicem. Est autem iste Scabinatus summum in totâ Saxonîâ tribunal, in quò non circumforanij clamatores; qui ut apud Gellium Eupolis inquit: *λαλεῖν ἀριστοί, ἀδυνατώτατοι δὲ λέγειν;* sed prudentissimi, & rerum publicarum peritissimi homines excellunt, qui veriore mentis acumine & subtiliore consideratione rerum pondera & momenta satis acutè, atq; intelligentur perspiciunt ac dijudicant. Primam vero originem inde traxerunt; cum principum ille princeps & sacrum caput Christiani orbis Otto Magnus Parthenopen restitueret, Privilegijs ornaret, & novò quasi sole illustraret, eius filius Otto Secundus illis jus municipale ex speculo juris Saxonici per Burchardum à Mangelsfeldt Cæsarij pallatij quæstorem, nec non Professore Sacræ Theologiæ extractum tradidit: ô egregium civitatis ornamentum, egregias immunitates & Privilegia, egregiam rempublicam, quæ his fundamentis, his columnis nititur! Et neminem tam iniquum esse existimo, qui huic Scabinatui summum honoris, encomijq; gradum non attribuat. Siquidem ad hunc veluti Helicem & Cynosuram aliquam, universus Saxonice navigationis, hoc est, judiciorum, sublelliorumq; & curiarum dirigitur cursus. Sed quòrum? Pluribus hîc verbis me diffundere possem: quia tamen intra brevitatibus lineam mihi standum, silentiò hîc involvo Prætorium, quod ita vocitabatur, cuius administrator Burggravius appellitabatur. Possem etiam, si temporis angustia patere, aliquid de Schulteto, sive judicij præfecto afferre, siquidem is, veluti sol exoriens, tenebras injustitiæ & iniquitatis dissipat, dissidia animorum & luctatiunculas placat, procellas tempestatum, controversiarumq; caliginem dispellit. Quid multa? Hâc sese honoris purpurâ virgo hæc Parthenopæa expolire atq; exornare potest, quod in lucis usuram viros antiquâ virtute & avitò animò nobilissimos patriæq; amantissimos produxerit, aluerit, sustentarit. Testes sunt D. Franciscus Pylius, D. Levinus ab Embden, Leonhardus Mertzius, Jacobus Gericke,

Scabinatus.  
ad artio  
cul. 10.

Otto Magnus.

Burggravius.  
Schultetus.

Præclari viri.



O R A T I O.

ricke, Arnoldus Hopffius, & alij: Testes sunt Alemanni, & VVestphali, viri summâ & heroicâ fortitudine præditi, qui ob patriæ caritatem, nec cruces, nec ignes, neq; Phalaridis taurum timuerunt, qui Reipub. gubernaculum in maximis belli fluctibus tractarunt, universamque illam multitudinem inquietam, discordem, turbidam, sub communi quoddam obedientiæ jugo forti ac præsentis animò tenuerunt, & tandem vertente annò salvâ religione & libertate integrâ, immortalis ad omnem posteritatem fortitudinis, & constantiæ zelo Christiano, & pietatis eximiæ laude & gloriâ comparatâ, ex omnibus periculis emerferunt. Testis est D. Lazarus Colerus, ille novus Hercules Musarum, novus ille πάντοῦ ἀρετῆσι κεκοσµένος, quem nuper prudens futuri temporis arbiter in vitæ sanctitate ad puras & æthereas sedes vocavit. Testis hodiè est Themidos illa proles D. Erasmus Mauritius sol & claritas patriæ

----- Meritò cui doctior orbis  
 Submissis defert fascibus imperium.

Testes sunt Johannes, Casparus, & Mauritius Alemannus Judex, D. Jacobus Alemannus Scabinus amplissimus, Eblingus Alemannus, totaq; familia Alemannorum: Testis est familia Rhodiorum, Kelleriorum, Sturmiorum, Mauriciorum, Lentkiorum, Gericiorum, Saltziorum & Dohmiorum: Testes etiam sunt Georgius Paulingius, & Jacobus Camradius, quorum ille ante annum magna magnæ civitatis ingenia laudatione funebri quæ extat, delassavit: hic verò in vivis adhuc clavum imperij tenet & gubernacula Reip. tractat. Testes deniq; sunt recenter electi Consules D. Stephanus Olvenstadius summus Meccænas meus & Consul: & D. Petrus Thile & alij, viri certè patriciâ dignitate clarissimi. Et hæc virginis hujus Parthenopææ sunt ornamenta, hæc gemmæ, hi tornati annuli & segmentatæ vestes.

Verum enim vero, auditores, longior fui in commemorandis superioribus, quam volui & debui: Ad religionem tandem accedo: Si quidem illa est σωρευτικὸν ἀπάσης κοινῆς καὶ νομοθεσίας ἐργασία. Quod autem illata attinet, hujus quoq; non idem fuit semper ab initio status: Saxones enim primò civitatis seculò profundissimâ Gentilismi caligine, offucijs & tenebris Cimmerijs atrocioribus fuerunt submersi, adeò ut cum alijs Germanis Tybelinùm, quemadmodum Tertullianus vocat, & quò nomine malum dæmonem appellare consueverunt, coluerint. Quid? quod Crudum, quem Crantzius Crodonem vocans Saturni imaginem fuisse inquit, adorarint? Hic Crodo messoris specie cinctum lineum gestabat, dexterâ ferens vasculum rosis repletum, sinistrâ erectâ rotam currus, pedibus nudis insistebat pisci squamoso & aspero, quem Percam vocamus; De quò monstrò pluribus in suâ Saxoniam

D Crantzi-

Christi  
 fiant  
 sunt

Papæ  
 sunt

Reipub.  
 sunt

Conci  
 sunt

Religio

Gentilismus



O R A T I O.

Crantzius pertractat. Coluerunt item in fecundò istò culpæ seculò Hamam specie regiâ cum alijs dijs, deabusq; duodecim. Non dicam, hîc Irnium, quem in insigni statuâ colebant; Non dicam Flinnum aut Flincium, nec Sibam Deam, nec Arrum, nec alia idola. Tacitò verò pede præterire non possum quatuor istas foeminas, quas Venerem & Charitas fuisse faciunt, quibus Parthenopæi divinos olim honores exhibebant. Stabat autem foemina pellucidis & crySTALLINIS oculis in curru nuda, myrthis & rosarum folijs faciem inumbrata, gestans facem ardentem in pectore, sagittam in corde, manu dexterâ tria aurea mala ferens, sinistrâ verò figuram orbis. A tergò sequebantur Gratia seu Charites suò sese modò complexæ poma gestabant & averfis invicem vultibus dona conferebant. Ad temonem juncti erant gemini cygni, totidemq; columbæ. Hæc idola fuerunt & in tantâ errationum Iernâ Germani olim navigarunt ad ipsum usq; Carolum Magnum, qui bellorum suorum tempestatibus tantum perfecit, ut illi, tunc temporis ab Ecclesiæ communionem dissociati unâ cum VVidekindò duce erroribus suis depositis, Christo initiarentur & Christianismum susciperent. O felix & auspiciatum initium! ô sancta bella, quæ non ad hominis ambitionem aut avaritiam explendam; sed ad veram & Christianam religionem latius spargendam suscipiebantur. Ab eâ deinceps ætate puriorem illum religionis liquorem corripuerunt Pontificia fermenta veteri aliquâ ac olenti fece: Donec Anno 1522. purus ac mysticus religionis Christianæ liquor à Pontificiorum idolomanijs, ac tetrîs superstitionibus pollutus per Lutherum fuit februatatus & novò quasi sole illustratus. VVitebergæ enim Lutherus *χρυσόκρητος* ille *καὶ θεόγλωσσος* occasione disputationis de indulgentijs à Teceliò impudente Sycophantâ oppugnata, Magdeburgi Melchior Myricius præstantissimus Theologiæ Athleta, magnanimusq; heros, & alij magni alti; viri puram & incorruptam doctrinæ cœlestis vocem sonare, & Pontificias invocationes sanctulorum monachorum, sacrificia missæ privatæ, purgatorium, & alia taxare cœperunt. Quò biennio post Anno 1524. Consul Nicolaus Sturmîus, horum adhuc supersticum Sturmiorum avus, vir præstantissimus, & plurimi cives syncerioris doctrinæ cupidi Lutherum, istud Germaniæ miraculum, VVitebergâ evocarunt. Is, cum angustius Augustinianorum templum vidèretur, ad D. Joannem doctit, & novellas illas ac teneras nuper in hortò Christi depactas ac consitas plantas copiosis doctrinæ cœlestis imbribus irrigavit, paucosque dies ibi demoratus, cum prudentissimum suum ac divinum consilium de emendatione religionis consuli & delectis civi-

um

Christiani-  
smus.

Papi-  
smus.

Anno 1522

Lutheri  
dogma.

Concio-  
natores

An. 1524



O R A T I O.

um exposuisset, Nicolaum Amsdorffium Sacrosanctæ Theologiæ Licentiatum se ipsis Pastorem missurum promisit, cui non secus ac libi ipsi omnibus in rebus fidem non dubiam adhibere possent. Qui Amsdorffius, de sententiâ Lutheri, doctrinæ cœlestis nectar auditoribus suis, cum collegam fidum D. Eberhardum VVidenseium aliquandiu haberet, totos octodecim annos fideliter immulsit, vel cum Cothurnorum etiam artificibus, insidiosis illis occultatoribus limpida veritatis & pictoribus fraudulentis falsorum dogmatum, quales postrema hæc mundi nequitia passim gignebat, bellum exitiale gessit, nec ab armis ante decessit, quàm triumphos duxisset. Post Amsdorffij verò discessum D. Nicolaus Glossenus nauta navigioli cœlestis peritissimus, Ecclesiæ naviculam fluctibus & tempestatum injurijs hinc inde agitatum doctrinæ suæ voce & consilijs salutaribus gubernavit, vel acerrimis etiam concionibus in Canonicos, quorum omnis pietas in culina & ἐν γαστρῷ βόρῃ τὸ χεῖρον, ut cum Euripidæo Adrasto, vel cum Senecâ loquar, virtus omnis in prospero & felici scelere, fuit invectus. Possent hîc & alios naviculæ huius cœlestis gubernatores scientiâ & felicitate peritissimos proferre: quia tamen ex Lucretij mente:

*Parvus & est cygni melior canor ille gruum quam  
Clangor, in aethereis dispersus imbribus austri,*

mittam veros illos ac veteres Theologiæ mystas M. Nicolaum Gallum, D. Sigfridum Saccum, M. Johannem Pomarium; M. Davidem Zicelerum, & alios τῶν δὴ νῦν γε μέγιστον ἰσχυρότατον κλέος ἔσσι. Nec revocabo M. Nicolaum Mevesium, illum sapientiæ cœlestis sacerdotem, cum Musarum hospitem, pietatis ac virtutis nomine æternò dignissimum, qui ante decennium satur vitæ, satur gloriæ ex hac militanti Ecclesiâ in gloriosum cœlestis regni palatium fuit translatus. Mitto etiam optimos istos litterarum patres, præclara patriæ ac planè singularia decora D. Philippum Gallum, & M. Johannem Dorrerum, ministerij Seniore qui ante mensem eheu! ultimum vale dixit, atq; ex hominibus abiit. Mittam deniq; M. Joannem Nesenerum, M. Davidem Laurentij, M. Martinum Dorrerum, Matthæum Stragützi, Christophorum Straußium, Henningum Hoppium, Eliam Pomarium, & Johannem Malsium, aliosq; patriæ doctores fidelissimos, qui divinâ adhuc providentiâ puram & incorruptam doctrinæ cœlestis vocem à Pontificiâ consuetudine dissentientem Germanicâ planè felicitate sonant. Verum, auditores jucundissimi! superavi jam huius Orationis scopulos, & plenis velis inveham in portum; Si prius breviter aliquid de Scholâ protulero: Siquidem ex Mureti cerebellò, & antestante experienciâ, florere absolutè civitas nulla potest, nisi in quâ litterarum cultura vigeat: Scholæ enim seminaria aut plantaria

Scholâ

Muret.  
vol. 1. 6.  
rat. 2.



O R A T I O.

sunt Ecclesiarum & Rerumpublicarum, atq; adeò optima & longè pulcerrima civitatum & provinciarum armamentaria. Ne autem aliquis rideat, quod ille ait, Camelum saltantem, nihil afferam de primis Scholæ fundatoribus & dictatoribus, neq; discipulorum, qui ex eâ tanquam ex equò Troiano exierunt, ut litteris politionibus probè instituti, ita moribus non inelegantibus pulchrè præditi faciam mentionem, ne, ut Plinius ait, in Plagio deprehendar: De istis etenim Orationem quandam in patriæ meæ Minerviò & Athenæò mirâ elegantia splendidam, suavissimis verborum flosculis copiosam, & luminibus oratorijs instructam recentem habuit juvenis *ἡ τῶν πολλῶν* Gabriel Rollenhagius, Sympatriota, caput amicum, magnus sanè magni parentis filius. Mitto igitur olim patriæ Rectores gravissimos Casparum Crucigerum, M. Georgium Majorem, M. Godscalcum Prætorium, D. Sigfridum Saccum, & alios viros utiq; impensè eruditos: Tacitò etiam pede præterirem M. Georgium Rollenhagium virum clarissimum, & de quo illud possem usurpare,

----- *πεπρασμένον ἐκ Διὸς ἔργον* -----

vel silentiò etiam involverem fidelissimi Rectoris fidelissimos Achaes M. Erhartum Montanum, M. Davidem Laurentij, M. Nicolaum Gotlingium, M. Petrum Gregorij, Fridericum VVeiffenseium, Præceptores omni litteraturâ instructos, mystas virtutis & Doctrinarum, nisi ab his in me extarent tot beneficia, quot vix sum enumerandis. Hi à teneris statim mei fuerunt magistri, mei institutores, vitæ morumq; architecti. Hi ruditatem meam corrigere, inscitiam erudire, ingenium excolere, artium quoq; præcepta necessaria, utilissima & pulcherrima instillare ac infundere fuerunt aggressi. Et nescio quas illis pro tantis meritis laudes spargam, quam gloriam tribuam, quos honores habeam. Egregias illorum ego enarrare non possum virtutes: Et si possem, non facerem tamen; ne Gnatonis personam (quam tamen magnopere odi) sustinere viderer. Sed descendam nunc, auditores humanissimi, ex naviculâ mea & deducam vos paullisper in historiarum campos: Utiles enim & valdè jucundi sunt historiarum cognoscendarum fructus: nec immeritò illos, qui nullam gestarum rerum, nullam præteritorum seculorum animo comprehensam notionem tenent, viros negare, pueros verò appellare possumus: meritò etiam Ægyptius ille sacerdos apud Platonem Græcos ea propter appellatione fædavit. Etsi autem campus iste de rebus Parthenopæis nec nullus est, nec angustus; tamen pauca tantùm si delibavero, eam mihi sumam fiduciam, meò me fuisse functum officiolo. Et quanquam mella & mulsâ historiarum forsan expectaretur; attamen amarum quid prius promam.

In Epist.  
ad Vespas.  
spas.

Rectores.

Historiarum.



O R A T I O.

mam. Ecquid autem acrius incendijs? quid meracius bellis? Hoc omnium maximè novit is qui cecinit:

*Nulla salus bello pacem te poscimus omnes.*

O quam felix quæcunque esset Respublica, cui pace trui semper concederetur! ò populum felicem, qui incendia non es expertus! Vorax siquidem Vulcani violentia in expletâ semper exagitur incendiolorum rabie, delet oppidula, urbes consumit, rapit pagos, rapit vicos, rapit domos. Hanc heu! ærumnam ò mea Parthenopolis experta fuisti? Quoties enim in dulcissimò tuò sinu flos ignis fuit exorta? Quot Deum immortalem! per aliquot modò annos incendiolorum flores vidisti? Nonne vorax ille Vulcanus Anno 1137. horrendas fecerat vastationes, nonne totam ferè hauserat & absorpserat? Quid Anno 1207? Quid Anno 1293. quid deniq; Anno 1451. Displicet, auditores Falerni huius asperitas? melle aliquò illam vobis temperabo: Ad bella ecce venio? ò mea Parthenopolis! quam gravissimas bellorum mutationes, omniumq; miserrimas calamitates sustinueris? Testis est Archiepiscopus Albertus, quem non sine summò capitis periculò è Cæsaris Ottonis Quarti vinculis vi atq; potestate eripueris, cum tamen undiq; armorum fulgor, strepitus, terror, omnium tuorum oculos, aures, animos præstingeret, obtunderet, consterneret. Tu ò mea Parthenopolis ipsa testis es, quàm atroces bellorum tempestates ab Archiepiscopò Burchardò illatas sustinueris: Qui Archiepiscopus tuas immunitates augere; non minuere, hostes profligare; non ipse invadere, non in alium statum mutare; sed conservare, leges atq; instituta non abrogare; sed confirmare debuisset. Sed quid? Hic Archiepiscopus civitatem non defendebat, nec protegebatur; sed deserere, prodere, perdere, cogitabat, hostes non pellebat, nec avertebat impetus, neq; incursiones amoliebatur: Eò enim omnem iram, furorem, errorem, terrorem, potentiam, vim, impetum, omnemq; armorum peritiam convertebat. Sed faba cudebatur in ipsum autorem belli, illiq; illud eveniebat Ecclesiastici oraculum: Qui lapidem in altum mittit, super eius remittitur idem caput. Et qui fodit foveam in ipsam incidet, quiq; statuit laqueum alteri implicabitur ipsò. Possent hîc & alios bellorù imbres, tempestates, ventos, procellas, turbines & alia commemorare, verùm quia animos vestros video quietis, & sedis capiendæ cupidos illa omnia jam prætereo: Horrenda enim sunt, abominanda, & animus refugit commemorare. Attamen, sicut magnanimus heros, & ingeniosissimus Poeta Huttenus piè & præclarè modulatur

*— nos quò ne oblivis nostri  
Temporis obscuret, si quid memorabile gestum est  
Scribere tentemus, cultumq; inhiemus ad istum.  
Utq; hæc esse olim possimus laude superbi,*

E atq;

Virgil. 11.  
Æneid.  
fol. 451.

Incen-  
dia.

Bella.

cap. 27.  
vers. 27.  
&c.



ORATIO.

atq; ut antiquæ constantiæ & Germanici vel Saxonici cordis extet exemplum; levi dolabrâ bellum illud expoliam, quod patria mea ob Augustanam confessionem atq; adeò puram verbi divini doctrinam fuit perpeffa. Cum post tempora Imperatoris Maximiliani Germanis eximia summi Dei affulserat clementia & ineffabilis misericordia, ac purus ille & mysticus religionis Christianæ liquor, non de Tantalifonte; sed de æternò Evangelio uberrimè haustus, per Lutherum (quem acrem medicum, sicut Germaniæ nostræ phœnix Erasmus Roterodamus scribit, Deus huic postremæ ætati propter morborum multitudinem dedit) fuerat in lucem productus, & consensu omnium ordinum à Magdeburgensibus, ambabus, quod dicitur, manibus, maximòq; plausu exceptus: Carolus Quintus divinum illum liquorem improbavit; improbavit autem? Immo etiam civibus interdixit, uti experientia docuerat. Magdeburgenses verò patientiam hâc in re Imperatori accommodare nolentes, rem quam diligentissimè perpendunt, paulò altius considerant & plus Deo, quàm hominibus esse obtemperandum ratiocinantur. O antiquæ constantiæ & Christiani cordis exemplum! Hinc repullulascit urbis proscriptio, hinc mandata & executorialia diplomata emergunt, hinc bellum, quod meritò llias malorum nuncupatur, nervum & monimentum, roburq; concipit, hinc deniq; clades, strages, populi calamitas, lacrimæ, querelæ suboriuntur. Fiunt periculosæ eruptiones, fiunt velitationes, editur strepitus, crepitus, clangor, tumultus; adsunt currules machinæ, adsunt strategemata, frigidus excolitur Septentrio, illa omnia quæ infida, intuta & terribilia sunt, occurrunt. Quanquam nunc virgo illa Parthenopæa tam difficili atq; periculosâ undiq; conclusa & cincta erat obsidione, atq; Republicæ navis concussa videbatur, nec prora, nec puppis integra, nulla anchora, nulla antenna, nulla vela, atq; extrema omnia imminebant, tamen ingenti animi magnitudine & constantiâ penè incredibili, clementiâ Dei mirificè ex istis tempestatibus atq; procellis fuit eluctata, Procerum & amatorum nuptias recusavit, atq; totis viribus contendens ad libertatem defendendam, tuendamq; adversus hostes ac Esavos strenuè pugnavit, tanquam Perca adversus Lucium piscem aquarum tyrannum. Ac ut inter principes eò tempore Joannes Fridericus Elector Saxonie captivus: Sic inter civitates Magdeburgum illustri constantiæ & confessionis exemplò cæteris omnibus præluxit. Unde & insignibus hoc valde est honorificum, dum contemptis adversarijs in ludibrium & contemptum coronam virgo ostendit; erecta stans intra propugnaculi sui turre. Et si non nemo belli huius Magdeburgensis fontes, causas, occasiones, consilia; eventus & secuta lectitare cupide velit; lectitet is Ephemerides Sebastiani Beselmeieri, tractatum Spangenber-

Anno 1550

Chytraus  
in Chron.  
nie fol.  
503.  
Insignia.



ORATIO.

genbergij, Chronicon Davidis Chytræi, item Pomarij, & aliorum, præsertim verò belli Magdeburgensis historiam Henrici Merckelij docti promeritiq; senis, de quo illud possum Maronis:

*quæq; ipse miserrima vidit.*

Possẽm hîc plura cumulare; sed præcipua hæc sint, vos alia Marte ve-

*spacijs exclusus iniquis*

*Præterea,*

colligere ex commentationibus illorum, quos recens commemoravi, si vobis ita visum fuerit, poteritis. Habeat igitur extremum aliquid oratio mea, & hæ mihi de Magdeburgo sint lineæ, in quibus serio jam exulto, & ut nautæ

*quando ex alto procul*

*Terram conspiciunt*

ex animo lætantur: Sic ego, qui terram non aspicio; Sed tetigi portum quo mihi cursus erat. Et si forte minus à me splendide & copiose dictum est, quam & hujus loci amplitudo, & audientium dignitas, atque materiei copia & magnitudo postulabat, meum tamen idcirco placendi vobis studium ne improbetis, puncti istius Poetici memores:

*Quod si deficient vires, audacia certè*

*Laus erit, in magnis & voluisse sat est.*



*Et novam  
Rever.  
Dn. ELI-  
Æ PO-  
MARII.*

*Plautus  
Menæc.  
Ovid. 2.  
de Remed.*

*Propert.  
lib. 2. E-  
leg. 10.  
vers. 5.*





ORATIO

DE MAGDEBURGA

GODESCALI PRÆTORII,

Recitata in Resignatione

RECTORATUS.

Hecuba  
Agamemnonis,  
apud Euripid. pagin. mihi.  
44.  
Mutatio  
curarum  
plena.

Dicitur  
de Magdeburga.

Causata  
hæc materia  
superiorum  
representatio.

Thucyd. l. 2.  
Patres  
nostri  
multas  
expeditiones  
in & extra  
Peloponnesum  
prestitere  
vunt.

**T**ὸ εὐρέθω τάδε; τολμᾶν ἀνάγκη καὶν τύχῳ. καὶν μὴ τύχῳ; Quid ista moneo? necesse est audere, sive fiam, voti, compos, sive non fiam. In illas erumpit Hecuba voces totidemq; sese exuscitat verbis, eâ nimirum in deliberatione, quâ secum ipsâ rationes inquit, Num Agamemnoni rerum suarum aperiat statum atq; fortunam. Idem nobis etiam, cum initio meditaremur nonnihil de eo, quod aggressi sumus, usu venit, ut huc illuc animus impelleretur, & in varias se formas verteret atq; mutaret. Nam in hac vicissitudine rerum nostrarum, quomodo non esset deliberationi locus? Quomodo non veniret in consultationem, quid in his ultimis congressibus nostris rectè utiliter commodeq; diceretur? sed vicit prævaluitq; nobis etiam τολμᾶν ἀνάγκη, καὶν τύχῳ, καὶν μὴ τύχῳ.

Ex illâ igitur materiarum, quæ ob oculos versatæ nobis sunt, varietate, eam deniq; delegimus partem, quæ civitatis & Reipub. nostræ continet descriptionem. Te nimirum Magdeburga puto, te huc adfero, de Te mihi nunc sunt verba facienda, quantacunq; quidem illa tenuitas nostra, quæ non est nulla permittit, suppeditat, aut largitur.

In hanc autem expositionem quomodo deveniamus, mirabuntur, credo, nonnulli, & quâ simus adducti ratione, secum ipsi fortasse cogitabunt. Sed ego quidem sic judico & sic animum induco meum, quod beneficium istud, qualecunq; fuerit, honori Reipub. in quâ jam versatus quinq; sum annos, à me suo quodam jure debeat. Quamvis non sunt pauci mortales, qui præsentibus contenti, oculos non referunt ad majores, initia rerum suarum non quærunt, progressus aliaq; non perpendunt. Quanto verò rectius Archidamus Lacedæmoniorum Rex & primus Peloponnesiaci belli dux Peloponnesios suos ad majorum considerationem deducit πατέρες ἡμῶν πόλλας στρατείας κίεν αὐτῆ πελοποννήσω κί ἐξω ἐποίησαντο, sed Periclis illud apud Athenienses dictum imprimis est præclarum: Δικαίου τοῖς προγόνοις κί ὠρέπον δὲ ἄμα ἐν τῷ τοιαῦδε τὴν τιμὴν τὰυτὴν τῆς μνήμης δίδοαθ. διαδοχῆ γὰρ τῶν ἐπιγιγνομένων μέχρι τῶδ' ἐλευθέρων δὲ ἀρετὴν παρέδοσαν κί ἐκείνοι τε ἀξιοὶ ἐπάνη. Æquum & decorum est, hoc sermone gloriam recordationis dare majoribus, qui regionem succedentibus posteris ad hoc usq; tempus liberam cum virtute tradiderunt. Et illi quidem laude digni. Reliquas vero consilij nostri rationes atq; causas quid attinet, cum temporis dispendio fastidioq; vestro commemorare? Neq; res est adeò magni momenti, & si maximè esset talis; tamen obvia foret, ijs, qui medioeriter sunt attentis, & in hanc cogitationem parumper incumbunt.

Prius-



## O R A T I O.

Priusquam autem exponamus ea, quæ sunt instituti nostri, hoc etiam est opus admonitione, quod exquisita nimirum non velimus à nobis exspectari, nec ea etiam exspectari, quæ ad integras certarum rerum pertinent narrationes. Atque id quidem ea potissimum de causa quod orationem, non narrationem; quod expositionem, non historiam, quod admonitiones quarundam tantum rerum, non annales meditemur, adferamus, simusque apud vos exposituri. Quid? quod de rebus nonnullis aded non possit, quod firmum est, dici, ut nisi conjecturis aliquid largiamur, nihil sit quod proferatur? Sit igitur à nobis præstirum satis, si scopum hunc mediocriter attingamus, sit venia nobis, si non omnium expectationi satis fuerit à nobis factum.

In hac ipsa verò materiâ, si ordine progredi libet, nominum ratio principio sese nobis offert. Apud Ptolomeum præclarum illum quasiq; primum Geographiæ parentem in Germaniæ descriptione *Mesuy* extat appellatio, quam Apianus in *Cosmographiâ*, alijq; non indocti ad hanc referunt civitatem. Ac fuerit sane prima nomenclatura civitatis *Meskevecum*, quam homo peregrinus, vel studio, vel non satis attentus ita inflexit, ut *Mesuvium* nuncuparit. In Caroli Magni constitutionibus Magdeburgæ nomen est expressum, quod ipsum in Ottonis Primi privilegijs quibusdam usurpatur. Sed sunt alia quoq; Ottonis privilegia Primi quæ Magdeburgæ nomen habent prorsus, ita ut nobis est in usu quotidiano. Eruditis Parthenopes interdum appellatio, interdum Parthenopolis placet, quæ ad Græcorum sunt imitationem huc translata. Omitto nunc Megdeburgæ & Meideburgæ voces, quæ in Saxonis reperuntur Annalibus. Sed Magdeburgæ nomen, quo nunc uti nonnulli cœperunt, nec veteribus in usu fuit, nec mihi aliud nisi corruptela non necessaria videtur. Sed quid est, quare sic vocetur? Et illa ipsa denominatio quam quæso causam habet? & unde denum est orta? quod firmum sit certisq; valeat argumentis non est in promptu, nescio qua vel ruditate vel oscitantia majorum? Id equidem alio opus habuit artifice, quam in nostra tenuitate nos sumus, quibus revera competit Agamemnonis *Il-lud*, οὐ τοὶ πέρφωνα μάντις, ὡς ἐμὴ κλύων, ἐξίσουησαι. Annales illi Saxonici, quorum est mentio jam facta, Veneris hic cultum fuisse quendam loquuntur. Id Crancius non ignobilis Saxonie scriptorum in Metropoli, ut vocat, secutus est. Sed addidit Veneri Gratias tres, quæ in uno cum Venere curru fuerint conjunctæ. Inde igitur existimant nonnulli nomen illud Civitatis exortum. Ac intelligo, videoque sententiam istam nec paucis nec malis autoribus perquam placere. Memini observare me aliquando, quod puellarum sit olim virtute defensa, urbs, quæ res nomen ei peperit ob tam eximij memoriam facti. Plausibile quidem illud, sed & firmi desunt autores, & fuisset eâ ratione magis ab eventu posteriori, quam ex ipso primi autoris instituto nomen illud adepta.

In his vero negotijs & quæri sæpè de vetustate solet, & nescio quid inde sibi nonnulli sumant existimationis. Herodoto contendunt Ægyptij cum vicinis de antiquitate. Justino disputant Ægyptij cum Scythis: Athenienses αὐτοῦ χθονες audire volebant, & Thucydides ait τὴν ἀπὸ τῆς ἀνθρώπων οὐκ ἔστιν αὐτοῖς αἰεὶ. Sed Germanicarum rerum hic pudenda est obscuritas & incertitudo, de quibus nisi græcorum & latinorum nonnulli reliquissent judicia quædam, nihil omnino de priscis hominibus majoribus nostris haberemus. Hujus igitur urbis quæ tandem est ratio, & quæ nam est deniq; vetustas? Si certa res quæritis, nihil est, quod possit adferri. Sed si Ptolomei nomenclatura, cujus memini, locum aliquam habuerit, jam eo ipso satis erit antiqua. Nam ita de Claudio Ptolomeo loquimur, ut qui Germaniam sub Antoninorum imperio perlustravit, quod

Nomen.  
*Mesuvium.*

*Meske-  
vecum.  
Magde-  
burga.*

*Parthe-  
nops.  
Magde-  
burga  
appellati-  
vis ratio  
obscura.*

*Eurip.  
Hecub.  
Non sum  
vates, ut  
non audi-  
ens vale-  
am inve-  
stigando.*

*Antiqui-  
tatis cer-  
tamen.  
Thucidid.  
libr. 1.  
ἐκ τῆς ἐπί-  
πλειστον  
Germa-  
norum  
antiqui-  
tas obscu-  
rissima.*



O R A T I O.

quidem tempus in sesquicentimum à Christo nato, vel circiter incidit annum. Atq; illa profectò ex isto autore ratiocinatio, nisi valde erro, non adeò videri insulla, absurda, peregrina, coacta potest. Eo usq; vero progressi cur non plures aliquando dabimus annos? Cur non fingimus eam vel ante Ptolomæi tempora fuisse? Quid? quod celebrem aliquo modo fuisse necesse est, quam ipse iudicavit in tabulas suas referendas. Eâ igitur ratione facile deveniemus, ad Augusti seculum, à quâ sententiâ non variant illa, in quâ nonnulli sunt, quasi historica suis in narrationibus, ut jam dicemus, complexi.

Quod verò de vetustate conquesti sumus, idem etiam de origine valet. Nam quo tempore, quâ occasione, quo auctore coeperit, etsi sunt qui narrent, tamen & diversa sunt illa, & quædam ne speciem quidem veri habent, tantum abest, ut εὐσχωσι, ut colliment, ut scopum in quem dirigunt, vel mediocriter attingant. In Saxonis Annalibus, cum aliarumq; quarundam civitatum, tum hujus quoq; nostræ initium ortusq;, C. Julio tribuitur, quod ipsum plausibile satis fuit diu. Alij Druso tribuunt qui Augusti Dux fuit in Germanico bello, sub ipsam Christi nativitate. Sed ô miserum illum Annalium Saxonorum in istâ quidem materiæ parte scriptorem, qui de vetustis rebus sine veterum auctorum cognitione sententiam, ex nudis conjecturis non dubitat ferre! Cur enim Julium ipsum de suis rebus sub sermone non audit loquentem? Cur non considerat quod bis transferit Rhenum, sed metu Suevorum rebusq; infectis retulerit pedem intra paucissimos dies? Cur non intelligit eum accuratissimè res à se gestas annotare, in quibus adeò nil est, quod ad illam pertineat sententiam. Ut de se ipso fateatur, quod in has non sit progressus regiones? Eam igitur conjecturam, de Julij extruptione, ut ab historiæ veritate alienam puto, ita de posteriore sententia, quid dicam demum? Quod Augusti tempore Suevi hujus tum loci cultores, devicti fuerint: quod Drusus in Germaniâ Dux Augusti fuerit: Quod idem ad Mosam, Rhenum, Visurgim, Salam, Albim arces & castella construxerit, non desunt qui historica narrent: Et extant de Druso versiculi Conradi Celtis, qui primus Germanorum poetarum lauream fertur, obtinuisse.

*Et Sala qua Drusi gestat præclara Trophea,  
Argentis petit Albiamque.*

In istum igitur munitionum Drusi numerum hæc quoque Civitas recipitur, in quo sit sanè ponderis aliquid: atque momenti. At verò solane Arx, aut Civitas etiam una fuit extructa? Crancius solam intelligit arcem, nec id temerè sineq; causâ, ut credo. Nam in isto rerum statu munitiones, præsidiaq; potius quàm colonias, Romani quævisse videntur. Ac efficitur eo modo, veri q; simile sit, quod vel ante Drusi tempora locus, hic inhabitantium, sive oppidum fuerit, sive pagus, sive castellum.

Eorum autem qui sedes in hac urbe, totaq; viciniâ jam inde ab initio habuerunt, non est idem genus, non est populus idem.

Nam ab ipso mundi exordio subinde gentium migrationes in crebro fuerunt usu: *μάλιτα τῆς γῆς ἡ ἀρίστη αἰετὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων εἶχεν.* Ut Thucydides inquit: Exempla si quærentur, ea certè & in sacris nonnulla sunt, & in alijs per quam reperiuntur multa, & de nostris Germanis possit integer institui catalogus, in quo negotio sunt nonnulli qui elaborarunt.

Prima sedes in his locis, & reliquâ viciniâ, quantum constat, Teutonum fuit, & Celtarum: horum sunt, cum nomina, tum historiæ quædam vetustæ:

Origo  
Magde-  
burgæ.

Julius  
Casar  
Magde-  
burgam  
non ex-  
struxit.

Drusum  
Arx ad  
Maria  
Magdale-  
na templi  
auctorem  
agnoscit.  
Luc. An-  
na, Flor.  
l. i. c. an-  
tepenult.  
In Germa-  
niâ Gene-  
rali.

Potissimū  
optimus  
quisq; a-  
ger sem-  
per muta-  
tionibus  
incelorum  
erat obno-  
xius.  
lib. i.



## O R A T I O.

tustæ: quod ex Berofo, ut tantum istum nunc proferam, alijsq; nonnullis, apparet. Postea Sueverum & Bardorum in toto illo tractu fuerunt habitationes, sedes atque commorationes: De Suevis quidem in eam sententiam C. Julius, Tacitus, & Ptolomæus præclare explicatèque loquuntur. De Bardis & Ptolomeo credimus, qui Longo Bardis Suevorum in hac regione facit partem. Nam Bardevvici, Bardelebia, Bordiæ superioris & inferioris non tantum nomina supersunt, sed ipsa etiam monstrantur loca. Quin etiam nobiles illi Bardeslebiorum, & Bardevvinckelorum, quorum communia fuerunt insignia, & ex quibus posterior nunc desist in vivis esse, videri mihi Bardorum reliquæ posunt. Ac fuit illorum quos nominavi populorum, virtus aliqua & existimatio apud exteros minimè mala. Nam cum Alexandro Magno Cæsar de foederibus egerunt: Apud Mithridatem militarunt nonnulli. C. Julio tanto perre terrori fuerunt, ut in Sicambros profectus cum copijs progredi non fuerit ausus. Augusto & sequentibus aliquot Imperatoribus in tanto precio fuerunt, ut corporum suorum eis custodiam commendarint. Quomodo vero Suevi translati sint ad Danubium & Longobardi suo hinc migraverint ductu, aliorum sunt in promptu narrationes, & commemoratæ; nisi multa, eaq; non levia nobis essent impedimento. Post illa tandem sic acta sic gesta, Saxones in has devenere regiones, ab eo inde tempore nunc etiam sub alis imperij Romani sine mutatione locum tenent. Quam vero amplius hic esset dicendi campus? Si vel ipsa res, vel tempus eam nobis permitteret libertatem? Magnitudo Civitatis longè nunc est alia, quam fuit olim. Nam ante sexcentos annos, ad duas illas quæ nunc sunt Parochias, Johannis, & Hulderici, adeò quicquam non accessit, ut fuerit, etiam aliquando minor: Ac sunt earum etiam angustiarum hodie quoq; vestigia manifesta, & in reliquijs murorum, portarum, munitio numque, per quam conspicua, in platea quæ dicitur *Die Schubrücke*. Item in Vico Petrino, ad macellum. Tanta igitur & tam ampla ante Ottonis primi tempora fuit, sed ab ipso ejusq; conjugè Editta, quæ Angliæ regina fuit, ampliata in eam magnitudinem excrevit, quæ nunc est veteris Magdeburgæ, & oculis magis quam ex nostrâ descriptione cognoscitur. Quin & partium sunt dissimiles nunc quam majoribus fuerunt rationes. Nam Drusi seculo tantum arx & oppidum hic fuit, post illa piscatoriæ casæ, quæ prope arcem, quæ nunc Magdalensæ Coenobium est, instar suburbij collocatæ fuerunt.

Ea verò forma Civitatis ad primum usq; mansit Ottonem, qui conjugis præcibus consilioq; ex angustis eam terminis, & ad ampliores limites evexit. Accesserunt deinceps oppida duo, & suburbium, quorum initia vel autores tam non scimus, quam vel utile vel jucundum esset Posteritati constare. Id tamen observare me memini quod oppidi novi & suburbij Michaelis in Annalibus quibusdam mentio fiat, sub millesimum ducentessimum vigesimum quintum à nato Christo annum. Atq; eâ, ut videtis nunc etiam est in partibus constitutio reliqua inde ad nos propagata.

Religionis autem, quâlis nunc sit, & antea fuerit, si cui cognitu jucundum est, ipsas ordine videat ætates?

Primo Civitatis seculo communes cum alijs Ethnicis cultus hic viguerunt: Ac nominatim mentio fit quatuor sceminarum quas Venerem faciunt; cum Gratijs tribus: Stat in curru scemina nuda gestans in capite coronam in pectore, faciem & sagittam; in dextrâ poma tria, in finistrâ figuram orbis. A tergo ejus aliæ nudæ consistunt. Suo sese

*Scabinor.  
Chronic.*

*Magnitudo & amplitudo prima Civitatis.*

*forma.*

*Hinc restat, das Fischerwer. Newstadt Sudentburg S. Michael.*

*Religionis cum Temporis, vicissitudo. Ethnicismus.*



O R A T I O.

modo complexæ, gestantes singulæ pomum. Ad temonem juncti sunt duo cygni, & columbæ duæ. Tale igitur idolum fuit, cui Parthenopæi divinos, tum exhibebant honores: duravitq; ad ipsum usq; Carolum, qui Magni nomen obtinuit, & primus Romanorum ex Germanis fuit Imperator. Eo vero tempore, quo Carolus ille Saxoniam devincit Romanoq; imperio subijcit, destructo Idolo vera de Deo doctrina passim est in Saxoniam invec̃ta. Ac fuit ea tum quidem Purior aliquanto minusq; corrupta. Ab eâ deinceps ætate, cum paulatim omnia degenerarent, Pharisaica fermenta, utalibi, ita hic quoq; sedes suas invenerunt, quin & magis, hic, quàm, in reliquâ viciniâ, vires suas exeruerunt: Cum propter indulgentias, reliquias, boatus, tum propter immensam cohortem colluviemq; *εὐωσίων ἀχθῶ ἀπέχης*. Nostrâ demum ætate, quâ singulari beneficio Dei doctrinæ puritas restituta ritusq; non necessarij rejẽti sunt, veræ religionis ipsa quoq; particeps esse cœpit; utinam aut incolumis esse & ad p̃steros propagari posset, hæc ipsa doctrinæ formula, hic ipse status, atque modus, in quo quidem quid aliud magis est necesse, quàm ut ardentia subinde vota precesq; fiant? Politicæ quoq; non fuit idem jam inde ab initio status. Augusti tempore Romanis paruisse propter Drusum concedam: concedam equidem quomodo, sed quàm diu duraverit ea gubernationis forma, non est in promptu. Postea Saxonis principibus subdita fuit, cum post Suevorum & Longobardorum migrationes in his locis potentiores fuerint isti. Primus ille Magnusq; Carolus Saxoniam devictâ Ecclesiarum in hac Civitate curam Halberstadianæ Administrationi, quæ tum simul instituebatur, commendavit, Sed *civilem gubernationem Saxonibus reliquisse* videtur; cujus Testimonia sunt ex Aucupis & Ottonis Primi historijs satis luculenta. Ab eodem autem Ottone & libertate, & privilegijs, & pascuis, alijsq; rebus donatur, quâ de re privilegij solent exemplum in Saxonis legibus recitari.

Erat eodem sæculo Prætorium, quoddam, ut ita nominemus, Saxonie principum in hac civitate officium, cujus Administrator Burggravius vocabatur.

Is præerat arci, præerat judicijs urbanis, habebat suum quoddam in Albi imperium. Sed erant ejus, sui tum limites, & sunt sequentibus annis suæ secutæ mutationes. Ab eo inde tempore Saxonis legibus jureq; municipali in hac ipsâ Repub. gubernatum, & obtinuit unam eandemq; usq; ad nos in Administratione rationem.

Utilis autem & valde Jucunda est cogitatio de historiis quibusdam veteribus & novis, præsertim ijs, quæ præcipui sunt nominis atq; momenti. Etsi autem campus iste de rebus Parthenopæis, nec nullus est, nec angustus: Tamen pauca tantum si attigerimus, nostro nos credimus officio functos. Ante primum Carolum quid egerit eximie; nullis est monumentis relictum: quam calamitatem, cum multis alijs Germaniæ populis, atque nationibus, communem habent: Sub ipso Carolo doctrinæ cœlestis de filio Dei, primum omnium est, ut diximus particeps, facta, quod beneficium ipsa, tum tota Saxonia, Carolo acceptum referat: Eo ipso verò ævo negociationes etiam hic fuerunt, & emporium fuit ex celeberrimis in Germaniâ unum. Nam id ex Caroli constitutionibus evidentissimè patet, in quibus Hattorem quendam inspectorem constituit illorum, quibus sunt cum exteris commerciâ exercendâ.

Cum

Christia-  
nismus.  
Papismus

Luthera-  
nismus.

Politica.

Libertas  
& Privi-  
legia.  
Vidd. con-  
stitut.  
Imp.  
Melch.  
Goldast.  
Haimins  
feld.  
Burggra-  
vium.

Jus em-  
porij.



## O R A T I O.

Cum imperij Romani **Heinricus** primus, qui **Aucupis** nomen habebat, & **Ottonis Primi** pater est, gubernacula tractaret, Vandali totam invadentes Saxoniam, cum alia crudeliter egerunt, tum veterem **Parthenopen** totam everterunt. Sed apparatus non multò post, quantum quidem in aliquâ potuit fieri properatione. Elapsis paucissimis tantû annis. **Edittha** primi **Ottonis** conjux hanc **Civitatem** à marito pro suo est peculio adeptâ, at ejus etiâ opera factum est, ut ampliaretur non nihil, libera fieret, certisq; privilegijs donaretur. Idem autem **Otto** **Magdeburgensem** instituit **Episcopatum**, in quò non defuerunt controversiâ, molestiâ, prorogationes. &c.

Cum imperium Romanum **Rudolphus** administraret **Comitisq; Prætorisq;** jura, quorum illi **Burggravij**, huic **Sculteti** apud nostrates est nomen ad senatum, emptionis scilicet titulo, devenere. Ac proditum Litteris est, illud à **Saxoniam** quodam **Duce**; Hoc à nobili quodam **Eggerstorpiorum** esse familia emptum; sed utrumq; postea suis cum conditionibus **Episcopali** sedi donatum. Sub **Ludovico** **Bavariæ** fuerunt **Senatui** cum **Burchardo**, qui **Episcopus** erat, contentiones, & ventum est aliquoties ad arma. Sed faba cuditur in ipso autore belli, & evenit ei, quod de **Sparta** dictum est, ταῖς αὐταῖς τέχνας τις ἀλώσεται αἰσῶτες ὑπ᾽ ἡρξεν. Nostrâ demum ætate, cum è latebris veræ doctrinæ lux prodiret, secuta civitas aliorum exemplum, excusso jugo pontificio, repurgationem rituum atq; doctrinæ admisit, cujus formula nunc quoq; in templis usitata est fideliterq; retinetur. In primis autem diligenti consideratione memoriâq; dignum est proximum illud bellum, in quo civitas difficili atq; periculosa fuit obsidione cincta. Etsi autem in eo bello, discrimina valdè magna fuerunt, nihil non minari miseræ civitati videbantur, tamen est, clementiâ Dei; mirificè ex ipsis tempestatibus atq; procellis; eluctata. Ac potest illud de **Athenis** dictum hic quoque usurpari ἀσκήσ βασιλῆα, δύναμι δὲ τοι οὐδαμῖς ἐστίν. Reliqua verò de quibus in **Arte** præcepi, & in talibus materijs commemorari solent, & consilio meo & quadam necessitate permotus, silentio præteribo. Nam figuram urbis, situm, ædificiâ, quis non videt? Qui non intuetur, templa, porticus, munitiones? Quis est, cui mores, victus, vestitus ignoti sunt? Cui non constat? de statu **Ecclesiasticæ**, **Politiciæ**, **Scholæ**, alijsq; recentibus rebus, atq; negotijs? Ac in his omnibus, si maximè expetitur aliquid, quis est vestrum, qui non possit in ijs exponendis longè præclarior, quàm ego soleo, & possum versari? Quid? quod eadem sine adulationis suspitione, vix credam à me posse in medium vestrumq; confessum adferri? Quo fit, ut nec mihi dictu, nec vobis auditu, possit adeo commodum videri.

Sint igitur hæ nobis de **Magdeburgâ** lineæ, in illâ scilicet multarum rerum obscuritate, nostrâ tenuitate quo quo modo ductæ, & sint nobis **Herculis** hic collocatæ columnæ. De defunctione provinciâq; mea, quæ pars congressus nostri, præcipuus est scopus, etsi per multa apud vos dicere me posse non dubito, ea potius persequar, quæ necessaria sunt, & hoc tempore locoq; maxime digna. Itaq; tibi primum æternæ **Deus**, salus & spes unica mihi, gratias ago, quantas quidem in his sordibus humanæ naturæ possum, quod in hac **Scholastica** vinea laboranti mihi, ex merâ misericordiâ tuâ clementèr & paternè adfuisti simulq; precor ita mecum, agi, ut istius beneficij tui consideratio

G

semper

*Everfio  
Civitas*

*Urbs, Li-  
bera, Pri-  
vilegiata  
priorEpi-  
scopatu.  
Burggra-  
vius.  
Scultetus.*

*Burchar-  
di tempo-  
ra.*

*Obsidio.*



## ORATIO.

semper ob oculos mihi, & in conspectu versetur. Quia verò Magistratus Inspectorum Scholæ, ministrorum verbi, Civiumq; , erga me sua quædam studia sum expertus, cum paria referre non possim, sedulo à me gratia singulis & universis habetur; vobis autem qui fratres mihi, meorum sudorum *παρηγορηταί* fuistis, ut sedulo, concorditer, fraternè, reverenterq; mecum vixistis, ita pro meo in vos amore, gratiam habeo tantam, quantam officiorum conjunctio mutua requirit. Sed gratus etiam sum auditoribus meis, quorum ea fuit, in me pietas, ut sæpe sit in ærumnis, atq; angustijs me non parum consolata.

Quod vero unicum nunc restat mihi, te precor, inquam, qui maximus es & optimus, ut hanc Civitatem, hanc Ecclesiam, hanc Scholam, Spiritu tuo regas, & ad nominis tui gloriam flectas, trahas, gubernes; Vos verò quos discedens ego relinquo hic, & si fortasse ea non sum præditus autoritate, tamen pro amore officioq; meo, moneo & rogo, ut quæ Dei sunt & publicæ salutis suo ordine singuli pieq; facere non desistatis. Me verò, studia mea, consilia mea, actiones meas, creatori meo, redemptori meo, sanctificatori meo ardentè commendo, & unum illud ex animo, ex intimis affectibus precor, ut sim *ὄργανον* in Ecclesiâ Dei Salutare *καὶ σκεῦμα* εἰς εὐσ: &c.

Recitata Magdeburg. 13. Aprilis.

Anno

1558.



GABRIE-



**GABRIELIS ROLLENHAGII**  
ORATIO VALEDICTORIA HABITA IN  
Gymnasio Magdeburgensi Anno M. l<sup>o</sup>, CII. pridie Mauritij  
hora 7. mat.

DE SCHOLA MAGDEBURGENSI.

**Q**UM VIDEAM, OMNIUM VESTRUM  
oculos ad me unum dirigi, omnium aures ad meam vo-  
cem arrigi, omnium membra & gestus ad me audiendum  
componi: Satis superq; admirationem & spem vestram  
mihi videor animadvertere. Admirationem quidem.  
Cur ego adolescens, tam doctrinâ quam rerum experienciâ minimè  
eruditus, vobis & imprimis Præceptoribus nostris, viris, in omni sapi-  
entiæ genere exercitatissimis: tacentibus cur inquam, ego in scenam  
prodeam, jamq; aliquoties solus mihi in spectatissimo vestro cœtu, ex  
loco tam præclaro, dicendi, declamandiq; autoritatem summam. Spem  
verâ, quod nova quædam a deoq; inaudita me allaturum esse expecta-  
tis. Quorum prius merito videatur impudentia; posterius curiositatis  
aut etiam superbiæ argumentum, esse.

Verum enim verò si quis vestrum me penitus & in cute noverit,  
meiq; consilij rationes rectè intellexerit, ab utroq; vitio me longo abes-  
se intervallo deprehendet. Interim enim dum ab incunabulis, ab in-  
fimo nostræ Scholæ subsellio, vobiscum adolescentes ingenui, ad hunc  
quem summum censemus, per omnes pulveres jam per annos ferè  
quindecim perrepsi locum, unaq; vobiscum adolevi, Spero ab omni-  
bus Pamphili illius Terentiani laudem me impetraturum, quod nec  
præposui me vobis, nec ulli fui adversus, nullius læsi os, arrisi omnibus.  
Metior etiam me libenter meo pede, ut sciam quam sit mihi curta su-  
pellex, neque vel ingenij neque eruditionis meæ ratio talis est, ut osten-  
tare vobis quicquam eorum possim; aut aliquid dicere, quod non sit  
dictum prius. Aliæ causæ sunt juvenes literatissimi, mei instituti, atque  
ut existimo minimè leves. Cum enim tandem carissimus pater me-  
us, ad lucem clarioris alicuius Academiæ me esset producturus. Atque  
mihi mandasset, ut ante discessum meum vobis commilitonibus meis  
svavissimis & nostræ Scholæ Præceptoribus Claris: publicè valedice-  
rem. Non potui defugere autoritatem divini & humani præcepti de  
honore parentibus debito. Nolui quoque vos, mea carissima viscera,

G 2

cum

Occasio.

Causa  
suscepta  
Oratio-  
nis.

1.  
Autoritas  
parentis.



## O R A T I O.

2.  
à consue-  
tudinē.

Orationis  
argumen-  
tum

De Schola

De Schola  
Magde-  
burgensi  
eiusq; Re-  
ctoribus.

Scholarū  
necessitas  
& utili-  
tas.

cum quibus si Deus benè adspiraverit vivam deinceps, & moriar lus-  
bens, absque *εὐφροσύνη* deserere. Et vestra quoque amicissima ad Deum  
pro salute meâ vota ad comitatum meum dicere & provocare. Quod  
cum ante me quoque antecessores mei fecerint, quos mecum excusa-  
tos habuistis, Non diffido me etiam nunc eandem gratiam apud vos  
impetraturum, quam à me sine invidia impetrârunt omnes. Deli-  
beranti autem mihi de orationis nostræ argumento, cui & humeri mei  
aliquo modo ferendo, & quod vobis minimè ingratum minimeque  
inutile esset.

Venit in mentem, quod multi præcipui viri jam per multos an-  
nos, me coram attestante & observante carissimo patri meo exprobra-  
runt, quod in hoc nostro pulvere Scholastico, imo in pistrino, inter  
puerorum greges consenesceret laboribus, obsurdesceret clamoribus,  
fœtore pedoreque contabesceret & subsisteret usque ad supremam se-  
nectutem, atque ex eo pro immensis & plusquam Herculeis laboribus  
exantlatis, nihil aliud quam nequissimorum quorundam sycophan-  
tarum calumnias, discipulorum ingratitude, & propter stipendio-  
rum tenuitatem & annonæ difficultatem rei familiaris angustiam, suo-  
rumque inopiam referret. Cum in celeberrimorum Academiarum  
aut Templorum illustrissimis cathedris, potuisset vivere in luce atque  
oculis hominum, Deo atque hominibus magnificentius servire, atque  
sibi & suis rem inde & gloriam parare. Cœpi itaque mecum ipse cogi-  
tare, an nostra hæc Schola, ita esset contempta, ut præcipuus aliquis vir  
ab eâ administrandâ abhorrere merito deberet, & an pater meus caris-  
simus ideo, quod in ea consenescit, reprehensione dignus videretur.

Tandemque decrevi, tam ad patris ignominiam, si quæ est suble-  
vandam, quam ad me meosque in hac militiâ commilitones consolando  
aliquid de Scholis, in primis tamen de nostrâ Scholâ, eiusque Rectoribus  
commentari, quod ut placidè audiatis, etiam atque etiam à vobis  
contendo. Dabo operam, ne vel prolixitate nimiâ, auribus vestris te-  
nerrimis nauseam creem, vel ob rerum, quas tractabimus, rarita-  
tem aliquem auscultasse meritò pœnitere possit.

Illud autem quod mihi primo loco proposui, eiusmodi est, ut  
vel absque meâ aut cuiusquam hominis oratione planè pleneque cog-  
nosci, atque perspicui possit. Ne verò longius abeam, scio, nullam apud  
vos controversiam esse, quin Scholæ & universæ hominum vitæ & in-  
primis Ecclesiæ necessariæ & utilissimæ sint, & si ad communem publi-  
camque rem quisque respiciamus, non tantum ijs, qui vivi sunt consu-  
lendum esse apparet, verum etiam posteritati, quæ longè futura est servi-  
endum atque prospiciendum, religionem una cum vitâ tanquam lam-  
pade promovendum & propagandum morum, legum & disciplinæ  
honestæ



## O R A T I O.

honestatem, auctoritatemq; ubiq; sartam rectamq; custodiendam esse. Quod, nisi parum prospicio, nulquam melius, commodiusve fieri potest, quam si Scholas religionis sedes, artium & linguarum officinas, virtutum omnium domicilia, instauremus, constituamus, conserve-  
mus. Si enim fideli adhibitâ institutione juvenus à primis ævi rudi-  
mentis erudiatur ad arduas & difficiles curiarum curas rectius facilius-  
que maturescente ætate adhibebitur.

Et certè parentes liberis dulcissimis melius patrimonium relin-  
quere, rectius familijs cives consulere non possunt, quam si sedulo  
dent operam, ut à teneris rectam religionem discant, moribus bonis  
instituantur, literas & linguas pariter percipiant. Quibus omnibus  
tàm vitæ humanæ consuetudinem carere non posse, quàm mundum  
illustri solis lumine, liquidò affirmare possumus.

Æstimate juvenes Humanissimi si futores, sartores, fartores, la-  
nij coqui & si qui alij sunt sordibus teterrimis obnoxij opifices, non ad  
opus admittantur, priusquam in consueudo, sarciendo, sarciendo, la-  
niando, coquendoq; probè diligenterq; instituti fuerint: Quàm homi-  
nes ad summa in Republicâ gerenda negocia & civiles actiones admini-  
strandas inepti sint futuri nisi artibus, linguis, disciplinis, moribusque  
tempestivè erudiantur. Longè autem maximam habemus nostro-  
rum studiorum & scholarum institutionem ipsius altissimi ex  
summo cœlo ad populum proclamantis vocem. **H U N C**  
**A U D I T E.** Si audiendus? certè præceptoris vox audienda, Matth. 3.  
certè discipulo auscultandum est, atque adeo certas Scholas,  
certas congregationes docentium & discipulorum in genere humano esse  
oportet, in quibus juxta sapientissimi præceptum filij, à pueritiâ erudi-  
antur ad cœlestis doctrinæ cognitionem. Non enim tantum propter  
hanc mortalem & fugacem vitam, sed propter æternam, quam eâ ra-  
tione hic in terris inchoamus, maxima eruditionis est necessitas. Thar-  
sensis ille suum Timotheum sedulo hortatur, ut non desistat attendere  
lectioni & doctrinæ. & Salomon omnibus thesauris, omnibus regnis  
præposuit, petijt & impetravit à Deo solam sapientiam, tanquam in-  
comparabile ac preciosissimum *κελεθλίον*. Et habuerunt suas Scholas  
Prophetæ *θεόπαιδοι* apud Judæos passim, quemadmodum ex Historiâ  
Elisæi & aliorum constat. Sed quod fermè in cursu orationis sicco pede  
transiisssem. Nonnè Christus ipse vix duodecennis puerulus, homo  
de Schola fuit, nonnè publicas Phariseorum & Legisperitorum Syna-  
gogas accessit? ibidem magno omnium cum stupore docuit? & pro-  
fessus est? Nonnè Esaiam Prophetam discipulis prælegit? explicavit, &  
enarravit? Nonnè dulcissimo etiam nomine selecta sibi organa  
*μαθητὰς* seu discipulos vocat. Ipse se Magistrum *Διδάσκαλον*, nominari pati-  
tur.

H

tur.



O R A T I O.

Obje-  
ctio-  
nis solutio

tur. Nonnè Paulus ad pedes Gamalielis se profecisse profitetur? Sed hic videor mihi de longè subaudire quosdam è vulgo, à Par-  
nasso illo amœnissimo musarum aliquanto remotiores, intra pecto-  
ra immurmurantes, oggannire. *Σχόλας* illas verò nihil aliud esse  
nisi otiosas *σχόλας*, in quibus optimi adolescentes otio ignobili dis-  
fluant, defidiâ perpetuâ situm contrahant, esse lenocinia duntaxat,  
quæ generosos animos eneruent, vires & alacritatem naturæ tollant,  
& ad res in vitâ communi præclare gerendas inutiles planè reddant.  
Quibus ut antyciras aliquot exhauriendas propinemus, quàm ut pro-  
lixâ ipsos responsione dignamur satius est.

Sed ne nihil tibi respondeamus, quisquis es, homo stolidissime,  
hoccine negocium otium voces? Hancce animorum Panacæam  
animos enervare dixeris? Hancce virtutum officinam vires tolle-  
re & ad negotia gerenda discentes inutiles reddere, absque scelere affir-  
maveris? Pro Deum immortalem (facere enim non possum quin  
exclamem) Hoccinè humanum dictum aut inceptum? Abeas asine  
insulsissime cum tuo de studijs humanioribus iudicio ad maximam  
malam rem & illuc, ubi vivos homines mortui incurfant boves, qui  
dignus es. Nos potius artificum de artibus nostris sententias seque-  
mur, quàm *ἀμύσας* idiotas, de Musis indignis modis garrientes audia-  
mus.

Alia ob-  
jectio sol-  
vitur.

Relegatis autem his, ecce aliud hominum genus nobis bellum  
mouet, qui contendunt. Siquidem longè lateq; immanissimus ille  
Barbarorum Imperator, per Turcas homines nullis unquam literis  
imbutos, regni fines extenderit, non adeò magni esse momenti, si rele-  
gatis Scholasticis claudantur portæ Gymnasiorum & (ut alicubi Suillius  
quidem pistor Scrophipascus coram S. P. Q. suo, ne nihil in Consi-  
lium afferret, dicere aulus erat) ut inquam Scholæ classes in certas ho-  
ras ad greges porcorum tanto minore cum dispendio saginandos di-  
stribuerentur. Præsertim cum inde majus emolumentum in Rem-  
pub. esset redundaturum, ac si hic locus ad putida beanorum circum-  
foraneorum conventicula servaretur. Ecquid vobis videtur audi-  
tores doctissimi, nonne illo viro dignum de NOBIS iudicium?  
Illo inquam viro, qui à primis incunabulis in fragrantissima suum  
myrothecia devolutus, qui inter grunnitus, ronchos pedores & fœte-  
res natus, educatus; Cui fôrtaassis profectâ ætate dulce fuit cum soro-  
re Dn. Schrophæ ad volutabrum reverti.

Sed heus Suilli, Tunè SUSMINERVAM? Absit. Hoc no-  
strorum studiorum averruncet & prohibe sit præses DEUS. Non du-  
bium.



O R A T I O.

bium est, quin represserint tum temporis imò irriferint & exploferint porcij huius barbarum,olidum & puro sanoq; homine indignum verbum, viri consulares præclare in literis humanioribus & Reipublicæ versati. Quis enim risum teneat? Valeat ergo etiam hic Suillius cum procellis & suibus suis.

Quod Magni illius Turcæ imperium attiner, non equidem illud imperium fateor, sed Tyrannis est sed barbaries, in quo quis non videt quanta incommoda attulerit literarum profligatio Religio ibi nulla, aut si qua sit blasphema, impia, nulla gubernatio honesta, sed Tyrannis violentissima sævissima, Scholæ nullæ sapientia. Attamen, inquis, lætilsimè patet & à plurimis incolitur huic regno subditis, & floret ac viget. Illud equidem non ignorantia literarum adscribendum est, sed peritiæ bellicæ. Turci enim (resonantibus ijs, quos eâ bestia in prædâ captos per aliquot annos secum tenuit) à teneris ad arma, ad palæstram, ad bella gerenda exercentur pleriq;. Pauci ad opera manuarum. Idq; eam ob causam, ut non tantum quotiescunq; & ubicunq; Tyranno Turcico lubitum fuerit (nam omnes servi & homines mancipi esse manifestum est) hostes à ditione sua propulsent, aut vicini populis ultrò bellum inferant. Hic nemini ad arbitrium vivere licet, sed omnia ad nutum Sultani unumquemq; componere oportet. Ut ex unius Monarchæ dispositione tota regni gubernatio pendeat. Fateor, fieri omnino non potuit, ut hæc Respub. absq; literis tanto tempore constaret, nisi Deus qui regna transfert & stabilit, etiam Turcam tanquam servum suum Nebuchdonosorem ad flagellandos & coercendos contumaces conservaret.

*Tyrannis  
Barbaries*

Dicat autem alius, largior tibi sanè hoc, quod licet Turcæ homines Barbari & militares minus humanitati operam dent, tamen nobis, qui Deo commodante in pace vivimus studia literarum atq; adeo Scholas; Musarum officinas necessarias esse & apprime utiles. Nihilominus apud plerosq; homines nobiles, malè audiunt eruditi; despectui sunt literæ, Scholæ parvi æstimantur, ut parùm laudis illi, qui multum operæ & olei in illis insumserint, reportent.

*Alia obje-  
ctio.*

Quisquis es, non faciunt hoc Nobiles verè Nobiles, sed in nobilitate ignobiles. Quemadmodum enim per universam nostram dicecèsin nullum granarium vel perpurgatissimi tritici est, in quo non, si curiosius inquiras manipulum ustilaginis lolijve invenias: Ita quamvis inter literatissimos Nobiles, quos nostra Saxonia magno numero, Deo dulcissimæ nostræ Patriæ hoc largiente, alit, & in posterum feret. Unum atq; alterum agrestem, austerum, barbarum, Centaurum Musarum ex ignorantia



O R A T I O.

tia osorem reperias, minimè id mirum sit. Maximus tamen semper inter homines Nobiles, & principes orbis terrarum numerus fuit eorum qui pro virili literas ornarunt amarunt & propagarunt. Age verò illa quæ in præsentia occurrunt exempla, (omnia enim perstringere angustia temporis non patitur, & propter festinationem non licet,) breviter commemorabimus.

Habuerunt apud veteres celebratissimi & fortissimi Spartani suos, quos liberis erudiendis præficiebant *PÆDONOM* & *S*. Homines in Urbe Atticâ præcipui & magni nominis tria condiderunt juventutis Gymnasia, *Lycaum* videlicet, *Academiâ* & *Cynosarges*. In *Lycaeo* magnus *Aristoteles* rerum cacumina ad trutinam rationis expendebat, & sanio rem Philosophiam profitebatur. In *Academiâ* *Plato* divinus ille disputabat. Apud *Cynosarges* autem illi demum pueri exercebantur, qui nec à patre nec à matre civitatis jus habebant. Et *Stoici* quia sectam ab alijs peculiarem colebant in porticibus publicis suam populo ad virtutem viam arduam & difficilem assiduis concionibus inculcabant. Unde & nomen invenerant: *σῶα* enim porticus est, *ROMANI* Studiosos adolescentes in *Hetruriam* quemadmodum *Sapius* ex ore parentis nostri audistis, ablegabant, ut auguralem scientiam ibi discerent. Quanquam in ipsius urbis præcipuo fano, quod *Capitolium* vocabant, quotidie docebant tres oratores, decem Grammatici, quinque Dialectici. Unus Philosophus, & duo Jurisprofessores, quilibet in separato ab alijs auditorio legentes. Hæc gentium propè potentissimorum studia fuerunt. Præcipuas principum personas nunc considerabimus. *Achillem* quem sibi solum laudandum antiquissimus & sapientissimus Poetarum *Homerus* sumsit. Scribit inde à pueris esse à *Chirone* Centauro, cui antiquitas sagittarium cœlestem indicavit & *Phœnice* sic esse institutum. Quemadmodum etiam in noctibus Atticis *Gellius* meminuit *Philippus* Macedoniae Rex in quâdam Epistolâ scriptum reliquit. Non magis se lætari, quod *Alexander* filius natus esset, quàm quod *Aristotelem* haberet, cui eundem erudiendum tradere posset. O vocem verè regiam. O principem verè *Φιλόσοφον*. Rectè profectò sanctissimus *Plato* dixit. Tum demum beatas fore Respublicas, si aut principes philosopharentur aut Philosophi rebus gerendis præficerentur. Sanè literatissimus omnium *Cæsarum*

*Quotquot sunt, quot erunt quod & fuerunt.*

*Octavius Augustus* reddi τῶν μυθῶν ἐπιτῆς πρηκτῆς τε ἔργων. Quis Docendi amore flagravit, ut *Lucium* & *Caium* quos per æs & libram ab *Agrippa* patre redemerat, & in spem successionis adoptaverat domi, quædam ipse se re literariâ docuerit, imò & literas & na

*Gymnasia*  
*tria.*

1.

*Lycaum.*  
*Aristoteles.*

2.

*Academiâ*  
*Plato.*

3.

*Cynosarges.*  
*Stoici.*

*Achilles.*

*Philippus*  
*Macedoniae*  
*Rex.*



## O R A T I O.

& natare ab ipso uterq; didicerint. Homo gravissimus & negotijs publicis occupatissimus M. Port. Cato Censorius tantum à re suâ otij sibi sumsit, ut liberos ipse institueret & informaret. Carolus Magnus Monarcha ille Germanorum primus Scholam Parisiensem Lutetij condidit. Quem secutus Ferdinandus Arragoniæ rex Neapoli Clarissimam Academiam erexit.

Quid verò aliud sunt Monasteria & Canonorum Collegia? quid fuerunt inquam aliud? quàm Scholæ à ditissimis & nobilissimis majorum familijs ad communem patriæ salutem condita? Quantumvis illâ temporis longinquitate in alios usus degenerarint, & obsoletum sit inde studijs stipendia petere. Sed hæc alijs disceptanda relinquimus. Illud duntaxat monendum est, ut laudatissimis clarissimorum in antiquitate virorum factis & studijs moti, neglectis & rejectis nugis, & quicquid Orbilij & Suillici osoresq; artium alij ogganniant Scholas atq; adeò literas humanitatis amemus, & quisq; pro virili eas ornemus cum necessitatem earum esse maximam & utilitatem summam ipsa clamet experientia. Primam nostræ orationis telam auditores humanissimi perteximus, restat altera, problema videlicet accuratiore per investigatione non indignum. Cum enim duplices sint Scholæ aliæ particulares quas Triviales vulgò vocant, aliæ universales quas solas nomine Academicarum dignamur.

Quo loco nostræ Triviales habendæ sint? Hic mihi in mentem venit non admodum dissimilis quæstionis de Architecturâ. Cum enim pater meus pro suâ *παρρησία* quendam præcipuum & verè *πολύτροπον* virum in meâ præsentia multa de suis itinerebus *μετὰ πόλης φαντασίας* commemorantem, interrogaret: Quo artificio Veneti magnificentissimi illi sua magnifica ædificia, illa sumtuosa palatia, editissimas illas turrium D. Marci strues sic stabilirent, ut contra æstuosissimi maris & fluctuum sine intermissione recurrentium, perpetuam alluvionem essent firmæ. Respondit. Patres vel Seniores Venetos artifices aliquot ingeniosissimos magno sumtu alere, qui admirabili industriâ in ipso maris fundo firmissima collocarent fundamenta. Quibus positis, unumquemq; demum superstruere quicquid vellet. Alias enim *ἀδύνατον* omnino esset tantam molem abq; basibus profundissimis, quibus innitatur immota constare. Idem inquam nisi nimis fallor de Academicis responderi posse videtur. Sint enim in ijs, ut hoc concedamus, homines undequaq; doctissimi, doceat ibi Paulus Scripturas; profiteatur jus suum Bartolus & Baldus cum Jafone & Accursio, artem medendi Hippocrates & Galenus pomposè satis tradant, nihil magnâ laude dignum, nihil egregium navabunt atq; efficient, nisi ab his Scholis *ἀπὸ ἐνύχων* dextrè informatos & probè institutos adolescen-

*Scholæ  
duplices.*

*Scholæ tri-  
viales.*

*De Acad.  
demijis.*



## O R A T I O.

tes acceperint. Quod enim magnus ille eloquentiæ Magister Fabius de clave omnium scientiarum Grammaticâ dicit, quod etiam sit fundamentum, quô non fideliter positô, quicquid superstruas, corruat. Idem de his Scholis verissimum esse, quis sano cerebro præditus, inficias ibit? Illæ enim Grammatices huius rudimenta tenellis puerorum animis indefesso labore inculcant: Ut nulla major studiorum pestis esse queat, quàm multitudine Academiarum Particulares hæc Scholas aut abolere aut in contemptum adducere. Quemadmodum patrum memoria Monachorum Scholæ per diversas orbis partes dispersæ, introductâ extremâ barbarie, restatissimum fecerunt.

*De Schola  
Magde-  
burgensi.*

Relictis autem Academijs, de nostrâ Scholâ, quemadmodum in primo orationis nostræ ingressu promisimus, commentabimur, atque adeò dicemus de primis illis initijs huius Clarissimi virtutum ac scientiæ domicilij, ac memoriâ repetemus, quinam primi in his Musarum sedibus juventutem ad humanitatis studia informarint, atq; inde pederentim, non secus ac per certos annorum gradus, ad nostram hanc tempestatem descendentes, singulorum doctorum, qui sunt in hac aliquando palæstrâ versati, laudem atq; gloriam ponderabimus. Quò videlicet primos illos huius Gymnasij Rectores tales fuisse comperiatis, quales à sapientissimis maioribus, literarumq; amantissimis hominibus, accersi debuerunt, & quibus vix quicquam perfectius sanctiusvè ad docendum cum artibus ingenuis veram religionem, universa Saxonia ausa fuisset optare, quorum nomine hoc augustissimum Sophiæ sacrarium, hæ Musis consecratæ sedes, æternam dignitatem & amplitudinem sunt consecutæ. Cum omnes fuerint viri singulari doctrinâ præditi, ac subtili & reconditâ imbuti maximarum artium scientiâ, adeoq; singuli ob incomparabilem in docendo ingenij subtilitatem & fidem Clarissimi.

*Unde hæc  
de humani-  
tate.*

Quæcunq; autem de hilce viris & ortu huius Gymnasij à me referentur, scitote auditores carissimi, me non ex proprio cerebro fingere: id enim piaculum sit, sed ex annalibus Scholæ, sed ex ore hominum & ætate & iudicio gravissimorum, hæc omnia recitare. Nec minimam partem eorum memini patrem mihi per omnem ætatem, quotidianis sermonibus suggessisse, quod opinor verbis meis fidem & vobis audiendi promptitudinem conciliabit. Sic autem se res habet. Cum mutatâ religione Scholæ nostræ urbs in singulis parochijs deserta esset à Pontificijs præceptoribus, qui se beansos vocabant, & populus ipse divinitus missi Prophetæ D. Lutheri Psalmis Germanicis Sacras ceremonias

nias



O R A T I O.

nias in Templo inchoaret & clauderet. Tandemq; rebus aliquomodo pacatis de Scholarum necessitate & utilitate seriò deliberaretur. Et non pauci Academiam luadèrent, siquidem nostra hæc urbs esset Metropolis, & quasi in centro ac umbilico Saxonix optimo & fecundissimo sita. Alij contra niterentur, quod stantibus Canonorum in novo foro Collegijs minimè posset petulanti juventuti Academica libertas concedi; & quod maius damnum esset in magnis emporijs plerunq; minimam licentiam adolescentes corrumpere, civitatem passim incortis replere, & DEI iram severissimam eumulare. Donec tandem de Consilio Magni istius Lutheri & Melanchthonis pijsissimi decretum est, ut particularis Schola esset, & maneret una tantum in totâ urbe. Circa illa autem tempora floruit in Academiâ Lipsensi vir in literis humanioribus præclarè versatus Petrus Moellanus Erasmi illius Roterodami discipulus optimè de bonis literis in nostrâ Germaniâ meritis, tum ibidem Græcæ linguæ publicus Professor. Is inprimis amavit & in carissimis habuit Casparum Crucigerum Lipsensem, eundemq; in Græcis literis sic exercuit, ut eâ ætate parem non haberet, atq; inprimis elegantissimè & expeditissimè Ebraicè, Græcè, & Latinè scriberet. Sic ut Conciones Ecclesiasticas & Lectiones publicas Lutheri ipsius calamo debeamus ferè omnes. Accensâ itaq; veritatis Evangelicæ fame in civibus Magdeburgensibus, cum docente Evangelium ab anno post natum salvatorem millesimo quingentesimo vicesimo secundo apud Augustinianos Doctore Melchiore Myricio Islebiensi, tandem certæ templorum ceremoniæ & Scholarum dissipatarum instauratio constituenda esset: Vocat Senatus noster prudentissimus anno millesimo, quingentesimo, vicesimo quarto per Nicolaum Sturmium laudatæ memoriæ, horum ad huc superstitem Sturmiorum avum, virum gravissimum, Doctorem Martinum Lutherum, qui olim Scholasticus hospitio Sturmij ulus fuerat, ut eius autoritate & consilio coràm uterentur? Venit Lutherus pridie Baptistæ atque ipso festo Johannis, quod tum incidit in diem Veneris, publicè in D. Joannis fano docet. Postridiè in frequenti Senatu cives ad constantium in agnitâ veritate adhortantur, & tum de alijs necessarijs ad ceremoniarum *εὐχρημοσύνην* in templis, rebus consulit, tum Scholæ instaurandæ optimum Magistrum se adduxisse ait; M. Casparum Crucigerum, quem in præsentia Senatui sistit ac commendat. Sic Cruciger omnium votis concurrentibus unanimi consensu omnium ordinum Scholæ ad S. Joannem Rector eligitur, & qui antecessor ipsius

*Magda-  
burgum  
metropo-  
lis Saxo-  
nia.*

*Cur ex  
Schola  
Magde-  
burgensi  
non con-  
stituta A-  
cademia.*

1.

*Statu Ca-  
nonicorū*

2.

*Emporia.*

3.

*Authori-  
tas Luth-  
ri & Phi-  
lippi.*

*Anno 1581*

*D. Mel-  
chiore My-  
ricius.*

*An. 1524.*

*Nicolaus  
Sturmium.*

*D Marti-  
nus Luth-  
er.*

*M. Caspa-  
rum Cruci-  
gerum Re-  
ctor 1.  
& vixit  
Collega in  
Schola Jo-  
annitana.*



O R A T I O.

ipſius fuerat M. Gregorius V Vilken fit eius Conrector; cui officio temporis ſucceſſu poſtea renunciavit, & in Scabinorum concilium aſcitus eſt & decedens abſq; liberis Bibliothecam ſuam legavit templo Joannitano. Tertius eius Collega fuit Sebaſtianus V Vernerus Suevus, poſtea Diaconus, tandem Paſtor ad D. Ulricum. Quartus Collega Martinus Agricola Soravienſis Sileſius, ea tempeſtate Muſicus excellentiſſimus, qui horologium illud Muſicum in foro piſcario ad curiam conſpicuū ingenioſiſſimè concinnavit & præclara multa de Muſica instrumentali & vocali ſcripta reliquit. Docuit autem primus ille huius noſtræ Scholæ inſtaurator Cruciger in ſuâ Scholâ Joannitanâ: & diebus ſolis poſt abſolutas veſpertinas preces, & Die Mercurij à prandio quando per ferias à Scholaſticis laboribus otium erat etiam Doctõribus Eccleſiæ & civibus eruditis, in templo antiquo D. Stephani, quod cum in Cemeterio Divi Joannis ſcholæ vicinum erat convenientibus prælegit ſummâ cum admiratione omnium Ebræam Grammaticam cujuſdam Aurogalli, & Ebraicum Pſalterium. Sed cum in dies creſcentem cœtum Scholaſticorum non caperet Schola Johannitica de Conſilio Senatus tranſtulit poſt annum gregem ſuorum diſcipulorum in monaſterium D. Auguſtini. Tandem inde anno à nato Chriſto milleſimo quingentiſimo vigefimo ſeptimo poſt paſcatos feſtum V Vitebergam revocatur ad præcipuam in Theologicâ facultate profeſſionem & conciones in templo arcis. Per totum antea id tempus, quo in Academia verſatur, Melanchthonem ad omnia cum Pontificijs ſubeunda certamina comitatur. Donec & vocatione & vita piè in Chriſto defungitur. In quo vitæ extremo agone & ultimo articulo magno cum animi ardore hæc vocem aliquoties ingeminaffe ſcribitur. Invoco te fili Dei miſerere mei: invoco te infirmâ quidè fide, ſed tamen verâ fide. Huius viri ſanctiſſimi & Clariſſimi auditor diligentiſſimus fuerat vir conſultiſſimus & piſſimus D. Franciſcus Pylus beatæ recordationis huius Reipub. Syndicus, de patria præclare meritus, qui (ut hoc obiter adjiciam) orthographiam eius elegantius imitaretur, etiam calamos ab hoc viro ad Græcam ſcripturam præparatos quaſi theſaurum aliquem præcipuum & minimè vulgare *κεμήλιον*, in ſeram uſq; ætatem cuſtodiebat & in cariſſimis ſuis habebat. Et hæc ſunt quæ præcipuè magnus ille Cruciger beneficia Scholæ noſtræ exhibuit. Abeunte autem Crucigero impetravit Senatus ab Academia V Vitebergenti virum in omni literarum genere politiſſimum M. Georgium Maiorem Norinbergensem, quo recepto, cum nimis longum luculentum &

radio-

Anno 1525  
Monasterium D.  
Augustini.  
Anno 1527

D. Franciscus Pylus.

M. Georgius Maior  
Norbergensis.



## O R A T I O.

tædiosum esset inter puerorum parvulorum ex totâ Civitate ad Augustini cœnobium in littore Albis Septentrionali ad extremum urbis angulum situm, visum est Monasterium hoc Franciscanorum Nudipedum, cuius situs fermè in medio urbis est, Scholæ accommodatus.

Quamobrem statim Georgius ille Major Scholam ex Augustini in hoc Lycæum introduxit & introduxit primus, publicosq; hic adolescentibus ludos indicavit. Anno post incarnatum λόγον supra sesquimillesimum vigesimo nono. Ipso die D. Archangelo Michaëli sacro, ante annos jam completos septuaginta tres.

Comitantibus hunc actum publicum octo Collegis ipsius. M. Gregorio VWilken, Ottone Poëtâ, postea temporis ad D. Iacobum pastore piæ memoriæ, Sebastiano VVernero, & cuius antea cum honore meminimus Martino Agricola Musico, Iohanne item Falkenhagio tertiæ clasfis Magistro, Urbano Burgardo, & Iohanne Loripede. Receperunt Rectorem cum suis Collegis & Scholasticorum colonijs & in hac auditoria collocarunt Laudatissimi Scholæ hujus præfecti Leonhardus Martius Syndicus; Nicolaus Amsdorffus Sacræ Theolog. Licentiat- tus, atq; Gregorius Copus Medicinæ Doctor, hujus Copi avus & Huldricus ab Emden Consul, quorum in Epigrammate, quod in tertia Classe publicè prostat, nomina peculiari encomio celebrantur, quod huc inserere ἐκ ἀποσδιάνουσι- sum est. Sic autem, ut omnes nostis, habet.

*Quæ fuerat quondam Monachorum hæc impia Sedes  
Commodum pueris est patefacta domus.*

*Consulis hoc LEONHARDE; AMSDORFIU Surget & instat;*

*Tu Juris, Verbi Doctor at ille Dei.*

*ET COPUS ex omni doctrinæ parte beatus,*

*PRÆTER quod MEDICA nobilis arte Valet.*

*HULDRICHUS socium se adjunxit Consul, ut esset*

*Qui imperio pueris consulvisse queat.*

*Res benè successit, concurritur undiq; factum*

*Crescentis ludi vix feret ampla rat is.*

*Hos petimus nunc Christe velis servare patronos*

*Discendi hinc pueris Copiam major erit.*

Residui autem erant ex Franciscanorum Collegio quinq; Monachi in eâ Monasterij parte qua jam habitat Dominus Pater, & antè eum reliqui hujus Ludi Moderatores. Illi inquam Fratres, cum nolent inde ad D. Augustini transire atq; ibidem ex liberalitate senatus vivere, tandem sunt jussi, ut aliam sibi sedem quaerent.

Quod ad Majorem attinet, omnino fuit in legendo, distatando, examinando, castigando diligentissimus vir. Edidit pro adultioribus per id tempus, quo hic commoratus est Grammaticam Græco latinam, Rhetoricam, Iustinum historicum, & alia immò pro lectionarijs Catecheseos præcepta Græco latina.

Donec re-vocatus ad Academiam VVitebergensem ad Theologicam itidem professionem, anno supra millesimum quingentesimum trigesimo septimo, ibidem Doctor factus est, & cum aliquandiu in oppido præcipuo Islebio dictionis Mansfeldensis Superintendens fuisset, diem obiit in admodum crudâ viridi- que senectâ, florens honore, divitijs. Venit in hanc Scholam ipso Rectore tan- quam ad mercaturam bonarum artium Iohannes VWilke Bleichrodus anno à partu Virginis millesimo quingentesimo trigesimo: Assumptus ex Scholastico in Scholæ Collegam anno sequenti trigesimo quinto. E vivis autem obiit anno mil- lesimo quingentesimo octogesimo octavo.

K

De

Monaste-  
rii Fran-  
ciscanorū.

An. 1529.

An. 1537.

An. 1530.

An. 1535.

An. 1588.



## O R A T I O.

De Schola optimè meritis per annos quinquaginta tres, ab omnibus ob disciplinæ severitatem & in erudiendis pueris & diligentiam incomparabilem laudatus, cujus laudes hic minimè rejicere aut sicco pede præterire volumus. Memoriâ dignissimum & hoc est, quod ter Maximus ille Major in legibus Scholasticis & alijs, quæ in publicum emisit scriptis, Collegas Scholæ Professores, se verò Rectorem appellavit, quæ duntaxat propria sunt Academicarum Vocabula. Sperabat enim hanc Scholam temporis successu in Academiam evasuram.

Unde postea in vicinis pagis & Oppidis passim quilibet ædituus se Rectorem aut Prorectorem vocari voluit. Tertius Gymnasiarcha fuit M. Joachimus VVolterstorffius patriâ Soltquellenis, probatus jam antea per biennium sub Majore pro Conrectore, vir doctus, severus & præcipuæ autoritatis. Hic postquam Scholæ sceptrum per septennium gessisset, avocatus est ad pastortum. Unde revocatus tandem in nostram urbem ad pastortum in templo D. Jacobi commigravit, ubi senex piè & ἐν εὐφροσύνῃ ultimum vitæ diem clausit. Collegæ sub hoc Rectore præcipui fuerunt Johannes Pomarius, Pomariorum Pater, tandem Pastor Ecclesiæ Spirit. S. & VVernerus Steinhausen tandem Superintendens Barbiensis. Anno post Christum natum supra millesimum quingentesimum undequadragesimo, VVolterstorffio demum ad publicum in Ecclesiâ docendi officium avocato rogarunt Scholæ præfecti à magno isto Germaniæ Præceptore Dn. Philippo Melanchthone, cuius memoria sit in benedictione, idoneum successorem, qui ut ipsorum postularis satisfaceret & universæ Germaniæ cui semper quàm optimè quàmq; sanctissime consulere nunquam desinit, prodesset, misit virum doctissimum & gravissimum M. VVilhelmum Rivenum è Frisiâ oriundum, quem hic Præceptorem habuit Doctor Sigfridus Saccus. Eius Rectortatus tandem incidit in mortem sanctissimi viri D. Doctoris Martini Lutheri & tristissimum bellum Germanicum, quo nostra quoq; urbs afflictæ & graviter ultra annum pressa & obsessa fuit, adeoq; Schola dissipata est & disjecta. Desolatæ autem Scholæ causam Conrector eius Matthæus Judex homo maledicentissimus, dicebat, non bellum Germanicum esse & calamitates publicas, sed Rectoris infantiam, & apud discipulos extremum contemptum. Nimirum volebat ipse hoc munere fungi, & propterea audacter calumniando hunc virum è sedibus eijcere, ut ipse majori cum autoritate ut putabat easdem occuparet. Id animadvertens, & se indignis ab homine malevolentissimo tractari modis ægre graviterq; ferens VVilhelmus cum alias S. P. Q. Lubecensis urbis Clarissimæ eum pro suæ Scholæ moderatore vocasset, relicto nostro Gymnasio, furijs iniquissimi Judicis Lubecum concessit. Ut sic vices Rectoris Judex ille egregius per annum millesimum quingentesimum, quinquagesimum secundum à Baptistæ festo usq; ad sequentis anni pascha ex arbitrio gereret. Exploso VVilhelmo Riveno, Joachimo VVoltersdorffio commendante vocatus est M. Gotschalcus Prætorius, qui etiam Abdiam se vocabat, id temporis Rector Scholæ Patriæ Soltquellæ veteris prima vice anno quinquagesimo secundo 30. Aprilis; & cum cunctaretur, repetitur eadem vocatio vigesimo secundo Decembris. Tandem venit ad eos trigesimo primo Januarij anni millesimi quingentesimi quinquagesimi tertij: Adductâ familiâ introducit in Scholam decimo Aprilis. Erat tum Superattendens urbis M. Nicolaus Gallus beatæ recordationis hujus nostri Doctoris Philippi Galli Patruus Syndicus vero D. Franciscus Pilius cujus etiam non longe ante meminimus. Gotschalcus autem Ebraicæ, Græcæ ac Latinæ Linguae fuit peritissimus & Præceptor

Anno 53

Rektor  
Professo-  
res.

Rektor

Johannes  
Pomarius  
Pastor Ec-  
clesiæ Sp.  
S.

Anno  
1541

M. VVil-  
helmus  
Rivenus  
Rektor 3.

Matthæus  
Judex.

Anno  
1552.

M. God-  
schalcus  
Prætorij  
Rektor 4.

Anno  
1552

Anno  
1553.



## O R A T I O.

ptor præ omnibus fucefforibus laudatifsimus. Collegit leges Scholæ eafq; jam antea à D. Doctore Majore typis traditas auxit & denuo de confilio præfectorum publicavit anno *θεαυθρωωα* millefimo quingentefimo quinquagefimo tertio nono Sept. introduxit melodiarum cantiones horarias omnium clafsiū. Prælegit privatim quibusdam Collegis & Scholasticis Ebræam Grammaticam, quæ typis excufa etiamnum in precio eft. Syntaxin etiam Græcam operofiffimam prælegit & edidit. Item Dialecticæ brevem Synopfin. Summam laudem impetravit per difputationes tam privatas quàm publicas. Prælegebat enim locos Theologicos Philippi, ex more Scholæ, & loco uno absoluto, proppofitiones fcribebat de eodem eafq; variè diputabat. Judice fupra nominato ad munus diaconi in templum Ulrici promoti, Godeschalco Conrectorem adfciscit ex Scholâ VVitebergenfî virum eruditiffimum & optimum Sigfridum Saccum. Et varijs minimeq; homini ingenuo ferendis calumnijs, à Matthæo illo Judice, qui Reçtoratum, ut diximus, dudum affectarat fatigatus, quod fcilicet amicitiam coleret cum viro Doctiff. M. Paulo Prætorio Epifcopi Sigifmundi fanctæ memoriæ Præceptore & Confiliario, quem pontificium fceleftiffimum & Gnatonem Aulicum impium vocabat, cui ne quidem ave homo Christianus falvâ confcientiâ diceret.

Leges  
Scholæ  
Anno 1553

Iftius Pauli interceffione Abdias ab Electore Brandenburgenfî Ioachimo II. Venerandæ recordationis vocatur Francofurtum cis Viadrum ad Profeflionem Doctrinæ de moribus: & Scholæ valedicit anno millefimo quingentefimo quinquagefimo octavo ni fallor decimâ tertiâ Aprilis.

An. 1558.

Post felicem Godeschalci difceffum, Conrector eius Sigfridus mandantibus Confulibus Præfuit Scholæ per femeftrè ufq; in annum millefimum quingentefimum Undefexagefimum nomine vice Reçtoris. Deinde in Reçtoris officio eidem Sacco confirmato & publicè proclamato adjungitur pro Conrectore M. Iohannes Berndes, qui tandem Pastor ad D. Ulricum difceffit. & M. Gallus Dreflerus Cantor & Muficus ingeniofiffimus fvariffimus & eloquentiffimus. Qui poftea in Diaconum Ecclefiæ Serbestenfis eligebatur.

An. 1561.

Ipfe Saccus poft incredibiles VVigandis Heshufij & complicum eius feditioniffimorum quorumq; calumnias tandem incepit docere & propagare veram Evangelij lucem in templo Dominico, explofo Antichrifto. In quâ vocatione ad extremum vitæ halitum conftanter perduravit, in eâ demq; animam exhalavit piè & placidè anno millefimo quingentefimo nonogefimo fexto 2. Septembris ætatis feptuagefimo.

An. 1569.

Hunc feçutus M. Dionyfius Dragedorffius Anclamenfis Pomeranus Illuftriff: Pomeraniæ ducum Barnymi & Philippi Præceptor VVitebergâ primùm vocabatur ad Conrectoratum à Sacco, anno falutis millefimo quingentefimo feçagefimo quarto. Abeunte Sacco ad conciones Dionyfius hic Vicereçtoris munerî præfuit ufq; ad fequentem annum feçagefimum octavum, quo demum Reçtor declaratus eft. Vir doctus & in difciplinâ feçerus, laborumq; Scholasticorum

An. 1564.

An. 1568.



## O R A T I O.

lafficorum patientiffimus, nihilominus impatiens calumniarum, quibus ei vitio vertebatur, quod VVitebergensium præceptorum amicus erat, fufcipiebat in vicinâ Calbiâ munus Superattendentis Ecclefiæ Calbenfis. Unde non longo intervallo Bernburgum concedebat, ibiq; in officio Superintendententis fanctè in Christo obdormivit.

Dionyfio Scholam relinquente adfcifcebatur VVitebergâ M. Edo Hyldericus Frifius. Qui primò Ebræam linguam in Academia Ieneni profeflus erat, inde propter turbas obfidionis arcis Gothicæ reverfus VVitebergam inter privatos parietes eandem linguam facram docuerat. Vir optimus, Ebraicè, Græcè & Latinè doctiffimus. Sed cum ad Academicum ocium effer adfuefactus, & propter minus diligenter curatam difciplinam Scholâfticam fuis promotoribus invidus effer Proficifcitur Francofurtum ad Oderam. Unde migrat Heidelbergam. Tandem renunciatur profeflor Græcæ linguæ in laudatiffima Noricorum Academia quæ Altorffij. Ubi in ætate bona & Invocatione Mediatoris admodum Senex piè Vitam finiit. Et pater meus Cariffimus quem Deus & Vobis & nobis quam diutiffimè feliciffimèq; conſervet, cum abeunte ad ſummum templum Doctore Sacco Conrectoratum ſubiſſet anno milleſimo quingentefimo ſupra Sexageſimum Septimo die Catharinæ ei ſuccedit in officio Rectoris anno incarnati Chriſti milleſimo quingentefimo ſeptuageſimo quinto. Quis vero ille fuerit & ſit etiamnum teſtabuntur omnes, qui jam per annos triginta quinque auditores ejus fuerunt paſſim in totâ noſtrâ Germaniâ. Det deinde auxilium Deus atq; hæc omina firmet. Conceſſit autem Deus ἀρχηγός noſtræ hujus militiæ D. Parenti in hac ætate & officio præter alios viros eruditiffimos clariffimum & doctiffimum M. Ehrartum Montanum Achatem & Conrectorem fideliffimum & vigilantiffimum præceptorem meum perpetuò colendum, cujus in officio fidem & diligentiam cum omnes optimè noveritis, non necesse eſt, ut nimijs laudibus tanto viro moleſtus ſim, precabor potius, ut & hunc Deus noſtræ huic Scholæ quàm longiffimè incolumem ſervet.

Ut autem tandem concludam auditores patientiffimi, video enim animos ad jejunam meam de tantis viris orationem languere, & ad prandia feſtinare, ut concludam inquam, hoc eram dicturus: Si ter maximos illos & laudatiffimos viros non poenituit hujus Scholæ præceptores eſſe: Non video cur patrem meum ſui fati poenitere debeat, præſertim cum hic ſemper confertiffimum bonis ad leſcentibus auditorium habeat & pluribus proſit, quàm in Academia, ubi sæpe doctiffimis viris accidit, quod de ſuis auditoribus Græculo cuidam objiciebant, quod eſſent duodecim ſi annumerarentur Muſæ novem in auditorio depictæ. Præter famulum enim & canem sæpè auditorem nullum habent: In tantâ Academiarum ἀσωτία & ſolidæ eruditionis contemptu ut hic quiſpiam malit eſſe primus, quàm ibi ſecundus. Si verò adverſa videas difficultatem gubernandæ contumacis pueritiæ, & calumnias invidorum hominum. (Obſonia enim ſunt calumniæ quibus invidetur, attingunt autem bonos ſemper: cum malis non eſt ipsis commercium.) Habet non ſolum magnos illos viros ſuos antecellores honeſtiſſimos ſocios, ſed omnes Prophetas & Apoſtolos; imo Socratem optimum, Ariſtidem juſtiſſimum Ciceronem patriæ amantiſſimum, & omnes bonæ conſcientiæ & bene meritorum erga omnes ſtudioſos, & quod majus, ipſum Chriſtum. Qui reiſa comprobavit non ſolum Reginm ſed planè di-probavit

An. 1567.

An. 1567.

M. Georgius Rol-  
lenbagen.  
Rector 6.

53.



## O R A T I O.

vinum esse benè facere & malè audire. Si verò stipendiorum tenuitatem perpendas, habuerunt antecessores multò minora, & Paulus ille Tharsensis suos Collegas & auditores consolatur hac insigni sententia *ὁρίσθη μὲν εὐσεβεία, μέθ' αὐταρχείας*, de quo animo parenti gratulor, & Deo, pro omnibus beneficijs per antedictos viros Clarissimos exhibitis, toto pectore gratias ago, quas animo concipere possam maximas, orans obsecransq; ut Scholæ huic propter filium dilectum clementer halcyonia largiatur, ut vera doctrina de Deo & ejus voluntate in ea tradatur & propagetur, quemadmodū à patribus sanctissimis D. Martino Luthero, & socio eius Philippo Melanchthone & limpidissimis Israël's fontibus hausta & planè Herculeis laboribus ab ijs tradita est per scripta est atq; adeò sibi etiam ex hac *μυρμηκία* nostra servos eligat, qui sibi & Reipub. honori esse, queant.

Quod superest, converto me ad te pater amantissime, qui mihi non tantum vitam tanquam lampada tradidisti, sed, quod majus, me ab ineunte ætate saluberrimis divinæ sapientissimæ rivulis irrigasti, dulcissimas ex intimis Philosophorum scrinijs depromtas artes instillasti, & in hanc usq; ætatem erudisti, pro quo, ut à me æquivalens precium nunquam sperare poteris, ita omnino tibi persuadeas, Deum & in hac, & in æterna vita tibi abundè illud compensaturum. Deniq; Te Erhardæ Montane postremum alloquor, qui me quatenus patri per gravissimas officij & œconomiae curas non licuit manuduxisti, ut te merito ductorem & doctorem post parentem meum optimum maximum dixerim. Tibi gratias habeo. Referre hæc ætas non finit. Agere tenuitas non patitur. Gratias habeo, inquam, & semper honor nomenq; tuum laudesq; manebunt apud me alta mente reposita. Donec occasio reipsa gratitudinem declarandi affulserit. Interim vive, vale, & mihi quod hæctenus fecisti fave.

Eandem gratitudinem reliquis meis præceptoribus debeo, quorum opera ab infimo pulvere ad hunc locum profeci, quod ingenue profiteor.

Dixi.

Anno M. lb. CII.

K 3



















